ROMANA LEGITIMÆ.

DISSERTATIO

VAI MARIÆ DE VAIS.






ROMÆ MDCCXX.



Ex Typographia Galeatii Chracas propè SANCTUM MARCUM in viâ Cursus.

SUPERIORUM FACULTATE.



Eminentissimo, ac Reverendissimo

PRINCIPI

PETRO MARCELLINO

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero

CARDINALI CORRADINO

Vajus Maria de Vais fœlicitatem.



Ustitiæ, & integritatis amor, qui animi Tui indolem præclarissimam ad magna, semper peragenda ex se erectam, & excitatam inflammavit, Jurisprudentiæ studiis Te adeò addixit, ut facultati huic operam

navasse diligentissimam parùm duceres, nisi complures, summâ cum laude in causis agendis, consilio juveris, & patrocinio, ac literariam Rempublicam elucubratissimo de jure prælationis tractatu ditaveris.

Virtutis amorem, unà cum juris unicuique tribuendi studio, quis neget Tibi insitum, atque impressum fuisse à Supremo bonorum omnium Largitore, à quo omnis sufficientia nostra est, (*) & quemadmodum, ad dilectum olim Populum regendum, & gubernandum Duces fortissimos, integerrimos, ac sapientissimos Judices excitavit, ità etiam, ab antiquis diebus decrevisse Te, super Candelabro (*) Ecclesiæ positum, virtutum splendore elucere.

* Apost. 2. ad Corinth. cap. 3. n. 5.

Exod. cap. 18. à n. 21. ad 26.

Deuteronom. cap. 1. à n. 13. ad 17.

* Math. cap. 5. n. 15.

Hinc est, quod Te SS. INNOCENTII XII., sui in Terris Vicarii vo-

ce,

ce, ad Datarìam primum, deindè ad Lateranensem Basilicam invitavit; Hinc CLEMENS XI. Pontifex, verè Optimus, verè Maximus, quem hodiè Petri Navim strenuè, fœliciterque regentem, ac moderantem universus Christianus Orbis colit, & veneratur, eo quo fertur animo in sapientiam, & sapientes, Te in suum Auditorem, Doctorem in decretis, Consultorem, & Correctorem in Sacra Pœnitentierìa elegit, & Athenarum Archiepiscopatus Dignitate donavit, deindè in amplissimum SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIUM Cœtum cooptavit, ac demùm Sacræ Congregationis Concilii Præfectura insignitum, inter Generales Catholicę Religionis Inquisitores adscivit.

Hæc virtuti Tuæ à beneficentissimo

mo PRINCIPE impertita ampliſſimæ Dignitatis inſignia debuerant animũ meum ab hoc, quod Tibi ſiſto opuſculo, aut nimium audentem cohibere, aut ſaltem nimium cupientem retrahere, ſed humanitas Tua, ac ingenua morum facilitas, quę animum meum jamdudùm devinxerat, me hęſitantem, atque timentem, adeò erexit, & confirmavit, ut, quod alias facere trepidaſſem, libentiſſimè facerẽ.

Velis igitur, rogo, ut qua me benignitate excipere conſuevisti, hunc tenuiſſimum ingenii mei partum excipias, cui à Tuo, quod in fronte geret, Nomine, tale decus aſſurget, & ornamentum, ut quam ex ſe non habet lucem, à Te excipiat, & mutuetur.

Age igitur, Vir clariſſime, & in Sacræ Dignitatis decus immortale, in firmiſſimum Chriſtianæ Reipublicæ præſidium diù, ac fœliciter vive.

ARGUMENTUM,

SEU

Partes, in quas distribuitur Dissertatio.

A *Num.* 1. *usque ad* 8. *exponitur factum, quod dedit causam controversiæ, & referuntur motiva conficiendi Dissertationem.*

A num. 9. *usque ad* 92. *firmatur, & comprobatur rationibus, & authoritatibus, quòd attenta dispositione Cap.* 145. *Statuti Urbis, legitima masculorum augeri non debet à triente ad semissem, mediantè numeratione fœminarum, facienda in calculo legitimæ.*

A num. 93. *usque ad* 116. *probatur in casu, de quo est quæstio, non habere locum rubricam* 141. *Statuti Urbis, sed supradictam* 145.

A num. 117. *usque ad* 120. *probatur clamem. Principissam Virginiam Chisiam Burghesiam in testamento, non reintegrasse proprias filias ad jura suitatis.*

A num 121. *usque ad* 242. *respondetur undecim objectis propositis in supradicto articulo, an legitima constitui debeat in se-*


semisse, vel in triente, & præcipuè Voto R.P.D. Severoli ędito in celebri causa Florentina Legitimæ DD. de Ferronijs, *& celebratur Sac. Rota* Romana.

A num. 243. *usque ad* 250. *Sacræ Scripturæ, & S.* Eleutherii *Summi Pontificis testimoniis demonstratur officium Judicis, & aguntur gratiæ Deo.*

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Thomas Cervinus Episcopus *Heracleę Vicesgerens.*



IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Pręd*icatorum Sac.* Palatii *Apostolici Magister.*

DIS-



DISSERTATIO
ROMANA LEGITIMÆ

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Psalm. 26.

IE 11. Martii anni 1718. obiit clar. 1
me: Principissa Maria Virginia Burghesia, relicta à clar. mem. Principe Augustino Chisio, institutis æqualiter in legitima, & in usufructu medietatis suæ hæreditatis duobus ejusdem, ex supradicto Matrimonio, procreatis filiis, nempè Excellentissimis Augusto, Principe Farnesii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Marescialllo Primogenito, ac Abbate Mario Secundogenito, nec non dicto Primogenito in proprietate totius hæreditatis.

Occasione liquidationis supradictæ Legitimæ exorta 2
fuerunt quinque dubia, quorum alterum fuit, àn eorum legitima constituenda esset in triente, vel in semisse.

Idcircò laudati DD. Fratres, se se uniformando Statuto
Urbis, quod in *cap.* 100. *lib.* 1. demandat causas consan- 3
guineorum definiri compromissis, devenerunt ad ele-
ctionem Judicum, quorum duos, scilicet Rmum D. meum 4
Lancetta S. Rotæ Decanum, unà mecùm exoptavit D. Princeps, & RR. PP. DD. meos Cerrum S. Rotæ Auditorem, & Cincium Illustrissimi Auditoris Cameræ Lo-

cumtenentem D. Marius, illamque ſuprema authoritate comprobavit SS. D. Noſter Clemens XI. ſpeciali commiſſione, in qua demandavit ſupradictam controverſiam ſuper liquidatione, & participatione Legitimæ, & quaſcumque alias promotas, & promovendas decidendas eſſe à prçfatis Judicibus, unà cùm tùnc in humanis agente clar. mem. Cardinali Spinula exequutore teſtamentario laudatæ Principiſſæ, in cujus locum ſubrogatus fuit Eminentiſſimus Cardinalis Paraccianus Almæ Urbis Vicarius.

5 Propoſita cauſa die 20. Julii, & 24. Septembris anni 1719. proximè elapſi, & 2. Januarii 1720. DD. Mei reſolverunt ſupradictum articulum favore D. Abbatis Marii reſcribendo *Legitimam augendam eſſe de triente ad ſemiſſem, & ſucceſſivè in deciſis*, quam tamèn reſolutionem ſapientiſsimorum Virorum, licèt quam maximo obſequio reſpexerim, ſuffragio meo non comprobavi, quià credidi prævalere jura D. Principis.

Veritatem, ſivè potiùs magis tutam, ac elementaribus juris noſtri principiis, magis accomodatam opinionem, totis viribus, inquirere, mè coegerunt incenſus amor ergà juſtitiam, gravitas Cauſæ, vigentis inter Fratres Domus Magnatitiæ, ac difficultas articuli, quæ tanta eſt,
6 ùt nonnulli Doctores illum appellaverint *Labyrinthum*, ac referant multos ſcribentes illum ingreſſos, non inveniſſe viam regreſſus, & adſunt tot, & adeò diſcrepantes Sententiæ, ùt nonnulli intricatè loquuti fuerint, alii ignoraverint prò qua parte conſulerent, aliique hæſitent, & ancipiti cura torqueantur, & ſcripſerint Judices, ob illius dubietatem, abſque reprehenſionis nota, amplecti
7 poſſe, tam negativam, quam affirmativam ſententiam, ùt videre eſt penès *Gratian diſcept. forenſ. cap. 675 num. 9. & 10. ibiquè Carol. Anton. de Luc. in animadverſ. num. 1., & in meliorat. ad reſolut. 252. de Marinis num. 5. Tor. de Pact. futur. ſucceſ. cap. 42. num. 1. Schettin. de pact. ſucceſ. part. 3. ſect. 6. num. 2. §. quare potiſſ.* Re-

Revolutis scribentium voluminibus, ac Tribunalium decisionibus, Dei Optimi Maximi, & Beatissimę Virginis Mariæ beneficio, quamplura observatione digna, ac dilucidativa hujus quęstionis, summoperè arduę, & involutæ invenire mihi contigit. Idcircò, non út conferam sententiam meam, cùm sententiis supradictorum clarissimorum Judicum, qui diversimodè responderunt, sèd, ut publicæ utilitati inserviam, non sinè approbatione gravissimorum Virorum, qui articulo funditùs introspecto, in sensu veritatis, eam, in quam abii, sententiam, & infra exponenda illius fundamenta approbarunt, non incongruum duxi, in hac dissertatione, colligere ea, quæ ex nostræ Juridicæ Facultatis monumentis, ac ex dictis, quos consului, Sapientissimis Viris, diuturno labore comparavi.

Præfata Principissa, unà cum supradictis duobus Masculis ab illa ex Principe Augustino procreatis, reliquit etiàm hodiè, Deo dante, viventes Excellentissimam Ducissam Monterani, unà cum aliis octo filiabus, quæ se Deo voverunt sub clarissimis vexillis Sanctorum Dominici, & Francisci, quæ si connumerentur, unà cum Masculis, attento numero plus quam 4. filiorum, vigore dispositionis juris communis, Legitima constituenda esset in semisse, scilicèt, in media parte totius substantiæ ejusdem Tęstatricis, juxtà sanctionem Imperatoris Justiniani in §. *Si verò ultrà quatuor, Authentic. de Trient. & Semis. & Authentic. Novissima C. de inoffic. testam. ibiquè glos. in versic. Triens.* 8

Nihilominùs existimavi determinandam esse in Triente, attenta exclusione Fæminarum pręscripta in cap. 145. *Stat. Urbis de success. ab intestat*, cujus substantialia verba, à quibus pendet resolutio præsentis controversiæ, sunt infrascripta, *Siquis decesserit intestatus relictis filiis masculis, seù Filio, vel Nepote ex filio masculo sibi pręmortuo, & superstitibus filiabus fęminis, una, vel pluribus, maritatis, &* 9 10

dotatis, ipsæ filiæ fœminæ nuptæ in aliquo non succedant Patri, sed sint contentæ dotibus prò eis datis &c. Et idem juris esse volumus in filiabus, & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per Patrem, vel Avum, in sua ultima voluntate, dummodò frater germanus, sivè Patruus sit paratus cum effectu dotare sororem, seu neptem ipsam dè paragio, secundùm conditionem illorum dè domo sua, & facultatem patrimonii, alioquìn succedant dictæ mulieres cum masculis, proùt jura disponunt, quæ filiæ, vel Neptes ab una, ex prædictis personis dotatæ, vel si una ex prædictis personis sit parata eas dotare in casibus supradictis, nèc matri, nèc aviæ, ab intestato succedant.

Ità credidi, quia cum Testatrix reliquerit utrique fratri, *la legitima, chegli và di ragione*, se conformavit juri Statutario, quod derogat juri communi, & cum effectu servatur, ut in his terminis perpendendo verba, *de jure competentia*, fraternizantia suprà relatis, respondit *Sac. Rot. in decis.* 17. *impress. post Constantin. ad Statut. Urbis, tom.* 3. *à num.* 5. *ad* 8. & consimilia, *legitimæ de jure debitæ in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium super quantitate detractionum* 4. *Martii* 1712. §. *Quoverò coràm Eminentissimo Priolo*.
11

Præfata enìm rubrica 145. excludit filias, & neptes, tàm dotatas, quàm dotandas à successione intestata Patris, & Avi, Matris, & Aviæ, demandando esse contentas dotibus prò eis datis à Patre, Avo, Fratre germano, vèl Patruo,
12 absquè ulla reservatione successionis per verba, *in aliquo non succedant*, ideoquè, ad effectum succedendi illas considerat, tamquàm si non essent ex numero filiorum, *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4 *quæst.* 3. *num.* 3. *ergà finem, Peregrin. de fideicom. artic.* 38 *num.* 16. *versic.* 3.

Illasquè constituere extraneas firmat *Cardin. de Luca*
13 *de dot. discurs.* 155. *num.* 16. §. *Aùt verò* ibi — *Aùt verò sumus in terminis Statuti* 145. *&c., & tunc receptum est fœminas reputari extraneas, & discurs.* 175. *num.* 5. §. *Sèd autèm, versic.*.

ſic. *àc propterea in ſupplement.* ibi *àc propterea alterum intrat ſtatutum* 145., *quod extrà omnem controverſiam hodiè receptum eſt*, *ut faciat fœminas extraneas*, *Conſtantin. adnot.* 39. *art.* 3. *num.* 228. ibì *& sìc tali caſu*, *quoàd fœminas non adeſt aliquis titulus ſucceſſionis*, *Rot. in dec.* 134. *num.* 8., *&* 14
9. *coram Priolo*, ponderat ſtatutum Urbis excluſivum fœminarum extantibus maſculis idem operari, ac ſi fœminę eſſent mortuæ, & non exiſterent, àc reputari prorsùs 15
excluſas ad faciendum numerum in computatione legitimæ, & ſub *num.* 10. concludit, quod sì aliquandò connumerantur, hoc evenit ſolum volentibus fratribus, quorum favore eſt inducta excluſio, vèl quando dos ſuccedit loco legitimæ, secùs verò quando dos non ſuccedit loco legitimæ, proùt evenit in terminis dictę Rubricę, quæ non incipit à dotatione, ſed ab excluſione, & in *dec.* 17. *num.* 3. *poſt. Conſtantin.* firmat filiam excluſam à Statuto Urbis 145. non habere jus, nec capacitatem ſuccedendi ab inteſtato, & carere jure ſuitatis, nèc poſſe pretendere legitimam in caſu 16
conditi teſtamenti, nèc illud contratabulare ex cauſa præteritionis, dictumque Statutum ità diſpoſuit, incipiendo non à dotatione, ſed ab excluſione fœminarum, *Conſtantin. ad dictum Statut. adnot.* 35. *artic.* 2. *num.* 61. *tom.* 2. *Rot. in dicta deciſ.* 134. *coram Priolo num.* 10. illaſque excludit, 17
non contemplatione dotium, ſed maſculorum *Rot. poſt Fenzon. ad ſtatut. Urbis in dec.* 113. *§. Et incipiendò*, *verſic. Et negarunt*.

Propterea dotes, quæ vigore dicti Statuti aſſignantur 18
fœminis, non ſuccedunt loco legitimæ *Conſtantin. adnot.* 35. *num.* 62. *& ſeq. Card. de Luc. de Dote diſcurſ.* 155. *num.* 16. *§. Aùt verò ſumus*. *Rot. coram Priolo deciſ.* 134. *num.* 10. *in dicta deciſ.* 113. *impreſſ. poſt Fenzon. §. Et licèt*, *in deciſ.* 137. *num.* 12. *poſt Conſtantin.*, ſublato enìm fœminis, utì extraneis, & civilitèr mortuis quolibet jure ſuccedendi, expiravit etiàm quodlibet jus, tàm habituale, quàm actuale ad 19
conſequutionem legitimæ, quæ eſt portio ſucceſſionis debitæ

bitæ

bi... ab inteſtato, ùt bènè *Rot. in deciſ.* 316. *num.* 1. & 2. *part.* 6. *rec.*

Cumquè, tàm actu, quâm habitu ſint incapaces ſuccedendi in legitima, utì mortuæ, & ampliùs non exiſtentes, ennumerari nequeunt ad effectum augendi legitimam ex triente ad ſemiſſem integrè, per illarum organum perci-
20 piendum à Maſculis, quemadmodùm enim, non faciunt partem favore ſui, quià reputantur civiliter mortuæ, ac ſi non exiſterent, ob eamdem rationem, facere nequeunt numerum favore maſculorum, ùt probant egregiè *Bald conſ.* 409. *lib.* 4., ubì firmat, quod ſi filiæ habent aliquid, quod imputatur in legitimam, faciunt partem favore filij, quià admittuntur ad partem, & ſi non habent aliquid quod imputetur in legitimam, non faciunt partem, quià nullam portionem habent, & lex nihil illis defert. *Peregrin. de fi-*
21 *deicommiſ art.* 38. *num.* 16. §. *Quintò*, ubì ponderat filiabus excluſis per ſtatutum à ſucceſſione inteſtata non deberi legitimam, ideoquè in illius calculatione, conſiderandos eſſe tantummodò Maſculos, *Mangil. de imput quæſt.* 52. *num.* 69. *celebris mem. Anſald in addit. ad dec.* 90. *num.* 29., ubì
22 firmat, quòd quandò fœminæ habentur pro extraneis à ſucceſſione, & legitima, tùnc facere nequeunt numerum, vel partem, favore maſculorum, etiàm volētibus maſculis, quià nihil capere poſſunt per organum Perſonarum, quę, nèc habitu, nèc actu quidquam capere poſſunt; *Peregrin. dec. Patavin.* 2. *num.* 14.

23 Perpendendo quòd Statutum nihil reſervans, conſtituit fœminas extraneas, & mortuas, & incapaces faciendi numerum, & partem favore maſculorum. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 3, *numer.* 29. *Mart. de ſucceſ. legal., part.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 3. *num.* 12. *Cyriac. controverſ.* 71. *num.* 9. &
24 filiam, quę non habet dotem jure ſucceſſionis non facere partem. *Boſ. in tit. de bonor. publicat. num.* 2. *verſic. Undè*
25 *quod*, & ſi aliquid non recepit pro ſua portione, haberi pro mortua, *De Marin. in obſervat. ad dec.* 1. *Reverter. num.* 3.

Opti-

Optimè distinguendo statutum, quòd penitùs non excludit fœminas, sed dotium, alimentorum, vel alio quovis titulo illis aliquid reservat de hęreditate, à qua excludit, & id quod reservat, succedit loco legitimę, ab alio, quod nihil omninò reservat, & in primo casu fœminas facere numerum, & partem, & in secundo, testans de communi omnium sententia, & contrariam esse falsam, eo quià in illo casu lex nihil tribuit fœminis, nullamque portionem habent, illas non facere numerum favore masculorum. *Gob. de success. intest. observat* 22. *num.* 3. 4. 5., *&* 10. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *num.* 29. clarissimus Jurisconsultus Aloysius Mans. in consult. 14. seù dec. sententię Arbitralis, ut ipse narrat *in principio*, ędita in causa vertente inter fratres illi benevolentia, & sanguine conjunctos, in qua judicaverat, utì arbiter, post acerrimam juris, & facti discussionem, post multos susceptos labores, in enucleandis, perpendendisque, integerrimo studio, omnibus Advocatorum consultationibus, proposito articulo, àn fœmina exclusa per statutum Lucen. à successione Patris, vel Matris faciat partem in beneficium masculorum, & augeat illorum numerum, itaùt aucto ex eis numero, major fiat portio legitimę, sub num. 20. ità respondit, *in quo articulo vidi convenire Doctores, tùnc fœminam exclusam, nèc partem facere, aùt numerum, cùm a statuto simplicitèr, & absolutè excluditur, nulla portione, sivè dotis, sivè alio titulo, reservata, utì testatur prę cęteris Peregrin.* paritèr *Thesaur. in decis.* 159. *ubì à num.* 6. *ad num.* 14. *post. relatas septem diversas opiniones* refert octavam, cui ipse adhęret, & firmat quod si statutum disponit filiam à quocumque dotatam, omninò excludi ab hęreditate Patris, non facere partem, quià persona omninò exclusa à successione, à legitima, & illius supplemento, non connumeratur, & habetur pro mortua, & quod illi debetur, detrahitur ex tota hęreditate, utì ęs alienum, ut videre est sub *dicto num.* 14. & *in seq. num.* 18. testatur Senatum primò judicasse filias facere partem,

28 tem, & dotem succedere loco legitimę, deindè abiisse in contrariam sententiam, illamque confirmatam fuisse à Senatu Pedemontano, eò quià à verbis statuti elici non potuit dotem succedere loco legitimę, ac resolutum fuisse dictam decisionem perpetuò observandam esse.

29 Hanc opinionem amplexa fuit *Rota Romana in Fanen. Fideicommiss.* 18. *Junii* 1703. *coram clar. mem. Cardinali Caprara impress. post Tor. variar. jur. quęst. tom.* 2. *in Miscell. part.* 1. *tit.* 12. *dec.* 23. *num.* 21., sequendo aliam decisionem ęditam *in Romana, seù Savonen successionis* 4. *Decembris* 1699. *coram Reverendiss. Lancetta*, ibi — *Quià legitima debetur in solo triente, licèt ultrà tres masculos, Octavius reliquerit totidem fœminas, quià cum fuerint a Patre dotatę, & ab hęreditate, & bonis totaliter exclusę, non faciunt numerum ad augendam legitimam masculorum de triente ad semissem. Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quęst.* 3. *sub num.* 29. *Petra de fideicom. quęst.* 15. *num.* 44. *Peregrin. de fideicom. art.* 38. *num.* 24., *& aliis cumulatis. Rota in Romana, seu Savonen successionis* 4. *Decembris* 1699. *coram Reverendiss. D. meo Lancetta.*

30 In pręcisis terminis hęreditatis Matris *Paulus de Castro in consil.* 287. *sub num.* 3. *versic. restat nunc*, *& in versic. credo quod legitima volum.* 1., ubi assignat rationem, quia fœminæ tamquàm extraneę non computantur in numero filiorum, & lex illas reperit extrà debitum legitimę, ideoque non defert illis, sed masculis, quibus defert legitimam, & sub *num.* 4. *versic. Non sic*: ponderat Matrem non teneri dotare filias, ideoque esse penitùs exclusas ab illius intestata successione, quem sequitur *Decian. in respons.* 46 *num.*

31 29. *versic. hæc est decisio Pauli*, ac in supradictis terminis hęreditatis Matris, & filiarum, quę (prout híc exceptis dua-

32 bus) dotatę fuerunt à Patre, *Sac. Rot. in Romana seù Savonen successionis* 4. *Decembris* 1699. *coram Reverendiss. Lancetta impress. penes Palma Nep. in dec.* 390. *num.* 2. *versic. Hinc DD.* ibi *hinc DD. pratensas detractiones examinando, agnoverunt admittendam esse dumtaxàt detractionem legitimę in triente, re-*

jecta

jecta portione Trebellianicæ, sanè legitima debita solùm erat in
triente, quia licet Laura Testatrix, ultrà duos filios masculos
supra nominatos, tres etiam fœminas reliquisset, attamèn istæ
tamquam à patre dotatæ, ab hæreditatibus, & bonis parentum,
vigore statuti Januæ totaliter excludebantur, ideoque numerum
facere non poterant ad augendam legitimam de triente ad semis-
sem favore masculorum Dec. cons. 299. num 2. Ruin. cons. 152.
col. 2. lib. 5. Cravet. cons. 966. num. 8. lib. 5. Petr. de fideicom.
quæst. 15. num. 144. Peregrin. eodem tractat. art. 38. num. 24.
ubi ait hanc opinionem esse communiter receptam Merlin. de le-
git. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. sub num: 29. 33

Et ponderato quidem statuto Januensi, sed principalitér
etiam articulo, de quo est quæstio, quodque, ut in præsen-
ti casu, agebatur de legitima Matris, quæ non dotaverat
filias, illasque non agnoverat in suas, in illius confirmato-
ria 14. Junii 1700. §. Duplex coram Reverendiss. Lancetta,
ibi -- Duplex enim occurrit responsio, altera quod cum quæstio
non sit super hæreditate Patris, qui filias dotavit, sed super hæ-
reditate Matris, quæ dotem non constituit, neque filias agnovit
in suas, istæ profectò exclusæ dicuntur ex ejusdem statuti disposi-
tione ibi -- Et eo casu totaliter sit exclusa à successione intestati
supradictorum, & uniuscuiusque ipsorum.

Deinde subdit -- Et sufficiat sibi dotes eisdem datas, consti-
tutas, vel promissas ab aliquo, vel per aliquam prædictorum,
neque propterea numerum facere possent ad augendum in hæredi-
tate materna legitimam favore masculorum, ex Merlin. superius
allegato, & ratio est, quia sicuti posita totali exclusione, fœmi- 34
næ non sunt in aliquo successibiles, nec in dote, nec in legitima,
& respectu hæreditatis Maternæ habentur, ac si non essent in re-
rum natura, ità nec possunt augere numerum personarum suc-
cessibilium, ut ipsis mediantibus legitimæ quantitas pinguior
fiat favore masculorum &c. Atque hinc non applicantur autho- 35
ritates in contrarium adductæ loquuntur enim in casu, quo fœ-
mina exclusa dumtaxat legitur à bonis dotantis; tunc dubium
non est quod respectu aliorum bonorum faciat numerum ad com-

modum masculorum &c. At secus est, quando, prout hic, exclusio propter dotem non restringitur ad Bona dotantis, sed indefinitè quæcumque alia comprehendit, tunc enim fœmina nullo modo partem facere, aut numerari potest, ut benè distinguendo explicat modernus Lucen. consult 14. num. 20., ubi de communi.

36 Dictasque decisiones allegavit, & sequuta fuit eadem Rota in *Camerinen. Fideicommissi 20. Januarii. 1710. §. Quod tanto magis, & 11. Maii 1711. §. Magis insubsistens coram Reverendissimo Neocæsarien*, undè dignoscitur Sacrum Tribunal adhæsisse opinioni exclusivæ fœminarum per decem, & duos annos, nempe ab anno 1699. in quo prodiit dicta decisio *in Romana, seu Savonen. successionis coram Reverendiss. Lancetta*, usque ad annum 1711., in quo allegavit dictam decisionem anni 1699. in §. *Quia verò*, & alteram anni 1700. in §. *Sanè legitima*, ut apparet ex dicta decisione emanata in *Camerinen. Fideicomissi* 20. *Januarii* 1710 §. *Quod tanto magis*, & ex alia ędita die 11. Maii 1711. coram eodem *Reverendiss. Neocæsarien.* ubi allegat authoritates adductas in præcedenti ejusdem decisione in dicto §. *Quod tanto magis*.

37 Conclusio suprà firmata, quod fœminæ totaliter exclusæ non augent legitimam masculorum, confirmatur ex eo, quod legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum, ut notat *Fabian de Giocchis in repetit Authentic. novissima Cod. de*
38 *inoffic. testament. num.* 7. & quota portionis debitæ ab intestato, juxta *Text. in L. parentibus* 8. *Cod. de inoffic. testament.*, & non regulatur à causa testati, sed intestati, ut monent *Pau-*
39 *lus de Castro in cons.* 286. *num.* 3. *versic. Nam legitimam vol.* 1.: qua de causa, cum statutum Urbis in d. cap. 145. literaliter excludat fœminas à successione intestata, & legitima sit portio successionis intestatæ, utique literaliter illas excludit etiam à legitima, ideoque considerari nequeunt in
40 calculo legitimæ, qui est calculus successionis, ut optimè arguit *Peregrin. de fideicomis. artic.* 38. *numer.* 24. §. *At in aliis causis*.

Ad

Admiſſa igitur literali excluſione ſtatutaria Fœminarum 41
à ſucceſſionibus morientium ab inteſtato, ad effectum defendendi contrariam ſententiam, dicendum eſſet ſtatuentes reſpicientes favorem maſculorum intellexiſſe, ac voluiſſe excludere fœminas, ad effectum, ut illæ non facerent partem prò ſemetipſis, ſed ob eamdem rationem, favoris maſculorum, nec intellexiſſe, nec voluiſſe, illas excludere, ad effectum faciendi partem ad commodum eorumdem maſculorum, & hac de cauſa, fœminas augere legitimam à triente ad ſemiſſem, ex authoritate, & mente ejuſdem
ſtatuti. 42

Hoc tamen ratiocinium dignoſcitur irrelevans, ſtante quod *cap.* 145. Statuti Urbis in excluſione filiarum, illas non conſiderat ex numero filiorum, ſed extraneas, & civiliter mortuas, illis aſſignando dotes, uti purum creditum,
detrahendum, tamquam æs alienum, ut monent *Peregrin.* 43
dec. Patavin. 2. *num.* 14. & illas non excludit ſub conditione, ſi dotentur, ſed demandando excluſionem, & poſteà dotationem, in quibus terminis dotem non ſuccedere loco legitimæ, ultrà authoritates ſupra allegatas, firmat *Ægid.*
Boſſ. in tit. de bonor. publicat. verſic. An. 44

Inſuper excludit filias à ſucceſſione inteſtata Patris, per verba, *ſi quis deceſſerit inteſtatus, &c. filiæ feminæ nuptæ in aliquo non ſuccedant*, & unà cum filiabus, neptes à ſucceſſione inteſtata Avi, ibi, *& idem juris eſſe volumus, in Filiabus, & Neptibus*, qui Pater, & Avus, juxtà mandatū ejuſdē ſtatuti, tenentur dotare eaſdem filias, & neptes excluſas unà cum fratre germano, & Patruo; Prætereà excludit fœminas, etiam ab hæreditate Matris, & Aviæ, licet illis non iniungat onus dotandi ibi, *quæ filiæ, vel Neptes ab una ex prædictis perſonis dotatæ, vel ſi una ex prædictis perſonis ſit parata eas dotare in caſibus ſupradictis, nec Matri, nec Aviæ ab*
inteſtato ſuccedant. 45

Ulterius idem ſtatutum non exigit dotes conſtitutas fuiſſe, vel conſtituendas eſſe tantummodò á Patre, Avo, Ma-

tre, vel Avia, à quorum successionibus excludit filias, & neptes, sed à Patre, Avo, Fratre germano, vel Patruo, juxtà conditionem supra expressam *ab una ex prędictis personis dotata, vel si una ex prædictis Personis sit parata eas dotare*, comprehensivam Patris, Avi, Fratris germani, vel Patrui attentis verbis *ex prędictis personis*, ut in præcisis terminis advertit *Rot. in dec.* 110. *n.* 20. & 21. *par.* 7. & *in dec.* 183. *n.* 13. *par.* 8. *rec.*

46 Qua de causa, cum statutum excludat fœminas, etiam à successione illorum, qui non constituunt dotem, ideoque, nulla habita contemplatione tituli dotis, & in Fratre germano, & Patruo, utpotè transuersalibus, verificari non posit fęminas ab illis consequutas fuisse, vel consequuturas esse dotes, aliquo titulo necessariæ, aut verisimilis successionis, vel saltem legitimæ illis debitę ab intestato, prout requiritur, ad hoc, ut faciant numerum, & partem favore masculorum, ut firmat *Gob. de success. ab intest. observat.* 22.

47 *num.* 5. exindè sequitur juridica demonstratio, dictum statutum demandasse exclusionem fœminarum, cum solutione dotium, nullo habito respectu ad aliquem titulum, à quo dependet illas, licèt exclusas, posse, vel non, facere numerum favore masculorum, juxtà firmata per *Merlin. dè legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quęst.* 3. *n.* 29. *Rot. in dicta Savonen. successionis* 14. *Junii* 1700. §. *Duplex coram Reverendissimo* Lancetta.

Hac dè causa Statuentes voluerunt fœminas esse pror-

48 sus mortuas cuilibet juri succedendi, & non subsistit supradictum ratiocinium, scilicet, quod contemplatione masculorum, intellexerint, ac voluerint excludere fœminas, ad effectum, ut illæ non faciant partem prò semetipsis, sed ob eamdem rationem favoris masculorum, nec intellexerint, nec voluerint illas excludere, ad effectum faciendi partem, ad commodum eorumdem masculorum, quo præsupposito fundamento, propugnatores contrariæ sententiæ existimant fœminas facere partem ad commodum masculorum, & augere illorum legitimam.

49 Hanc fuisse mentem statuentium comprobatur, etiam

ex

ex eo, quod legitima constituitur in semisse à numero plusquam 4. filiorum juxtà supradictam *Authentic. noviss. C. de' inoffic: testament.*, quæ disponit plusquam 4. filiis, *quoquo relicti titulo*, deberi semissem inter eos ęqualiter dividendum, illosque usufructu *huius portionis*, à Parente defraudari non posse, ideoque dicit duo, scilicet Legitimam debitam plusquam quatuor filiis esse semissem, nec non illam deberi filiis, pro *quoquo relicti titulo*, ac prò *eorum portionibus*, & per consequens filiis habentibus jus succedendi.

Posito igitur, quod constitutio legitimæ in semisse proveniat á numero filiorum habentium jus succedendi, videtur nimium inverisimile statuentes eodem momento 50
temporis, in quo excluserunt fœminas à successionibus, & per consequens à numero succedentium verbis amplissimis in *aliquo non succedant*, illas reliquisse in eodem numero succedentium, ad effectum, ut faciant partem in successione favore masculorum, & augeant illorum legitimam, utì pernecesse supponendum esset, stante quod dictum augumentum fieri debet authoritate ejusdem statuti, ut observat. *Donat. Anton. de' Marin: quotidian. resolut. cap. 252. num. 7.*

Utique videtur imperceptibile, nam augumentum 51
legitimæ proveniens á numeratione fœminarum, requirit fœminas esse in numero, & de' numero filiorum succedentium, & statuentes illas obliterant à dicto numero, ideoque illas spoliant qualitate necessaria, ad effectum augendi legitimam; Idcirco fœminæ exclusæ a dicto numero succedentium nequeunt facere partem pro masculis, ideò enim illam faciunt, quià reputantur in numero, & de' nu- 52
mero succedentium, prout sunt illæ, quæ agnoscuntur pro suis à Testatoribus, & reintegrantur ab earum exclusionibus, ad jura suitatis, illæ quarum dotes succedunt loco legitimæ, illæ quæ attentis dispositionibus statutariis, vel illarum renunciationibus, aut exclusionibus translativis, ab illis resultantibus, vel alia de' causa totalitèr non

ex-

excluduntur, nec reputantur prorsus mortuæ, & illæ, quæ excluduntur dumtaxat a bonis dotantis, ad differentiam aliarum, quæ excluduntur etiam ab omnibus aliis bonis, ut benè distinxit *Rot: in dicta Romana, seu Savonen successionis* 14. *Iunii* 1700. §. *Duplex enim coram Reverendiss. Lancetta*.

53 In omnibus enim supradictis casibus, quamplurimæ authoritates infrà recensendæ, & allegatæ *à b:m:R.P.D.Severol. in suo responso a num.* 14., *ad* 26., firmant fœminas augere legitimam, quià habent jus, & aliquem titulum succedendi, ut advertit *Fabianus de' Giocchis in repetit. Authentic. novissima C. de' inoffic. testament.*, *ubi* proponit quæstionem, an filia dotata, & exclusa à statuto, numeretur in computatione legitimæ, & concludit, quod si habet dotem loco legitimæ, & per consequens succedit in parte, & in totum non excluditur, facit partem, augendo legitimam à triente ad semissem, ut videre est sub num. 215.

Si igitur fœminæ faciunt partem favore masculorum, quià sunt in numero succedentium, & statutum illas prorsus excludit á dicto numero, responderi nequit, quod licet
54 statuentes voluerint illas excludere à dicto numero, nihilominus voluerint illis relinquere, & reliquerint quamdam potentiam, & capacitatem succedendi, stante quod, licèt illas privaverint successionibus, nihilominus voluerunt facere partem pro masculis, ideoque quodammodò illas reliquisse, si non in primo, à quo principaliter illas excludunt, saltem in alio numero succedentium.

55 Hic enim discursus non habet solidum fundamentum, quià fœminas facere partem prò masculis in legitima, non legitur in statuto, sed apud Doctores, ideoque asserta capacitas, & potentia succedendi argui nequeunt ex eo, quod fœminæ faciant dictam partem, quod est in quæstione, sed
56 aliundè probari debet, quæ tamen probatio fieri non potest, nam quoad hæreditatem intestatam, & legitimam, quæ est pars successionis intestatæ, fœminæ habent unicum

titu-

titulum succedendi,provenientem à jure communi, juxta text. in §. *Si verò ultrà quatuor Authentic. de'Trient., & semis. Authentic. novissima. C.de'inoffic. testament*, ac dictus unicus titulus succedendi sublatus fuit à statuto supradictis verbis, *in aliquo non succedant*, qua attenta dispositione statuti, in successionibus intestatis, fœminæ non succedunt, & nihil habeht, per quod, etiam in minimo succedere valeant, attentis verbis suprà ponderatis *in aliquo non succedant*.

Alius titulus, ultra supradictum, nec adest, nec figurari potest, & in suprà recensitis, alijsque casibus, qui contingere possunt, fœminæ faciunt partem favore masculorum, vel quià supradictus titulus succedendi proveniens à dispositione juris communis, non remansit extinctus, vel si extinctus fuit, excitatus fuit, illisque restitutus, ex facto hominis, scilicet mediante reintegratione personæ exclusæ. 57

Idcircò sustineri nequit statuentes, ultrá primum numerum succedentium, a quo excluserunt fœminas cogitavisse etiam de'altero, in quo illas relinquerent, favore masculorum, illasque reliquisse in dicto numero succedentium, illis relinquendo supradictam quamdam potentiam, & capacitatem succedendi, cum enim expresè de mandaverint illas abintestato *in aliquo non succedere*, supponi nequit illis reliquisse dictam potentiam, & capacitatem succedendi, quæ ad mentem eorumdem statuentium, reduci non poterat ad actum, etiam in minimo, attentis supradictis verbis, *in aliquo non succedant*. 58

Præterea animadverto,quod, si fœminæ prorsus exclusæ à successione facerent partem favore masculorum, masculi perciperent augumentum per organum earumdem fœminarum, quæ nec actu, nec habitu quidquam 59
capere possunt, ut observat *laudatus Reverendiss. Ansaldus olim Sacræ Rotæ Decanus, in adnotat. ad dec. 90., num. 29.*,
& in calculatione legitimæ, ferè ad instar Mancipiorum, 60
lucrarentur earum portiones, ad effectum illas transfundendi

dendi in masculos, ut favore renunciantis, quam pretendebatur mortuam fuisse cuilibet juri, & spei succedendi, favore sui, illisque vivere favore fratrum renunciatariorum, prò exclusione dictæ prætensæ renunciationis, ponderavit S. *Rota in Romana renunciationis* 11. *Ianuarii* 1712. §. 40. *coram bo: me: Ansaldo*.

Fortiùs, si admittenda esset supradicta interpretatio statuti, dicendum esset statuentes ità intellexisse, ac voluisse absque ulla imaginabili necessitate, stante quod Cap.
61 145. respiciens favorem masculorum optimè adimpletur sola exclusione fœminarum à participatione legitimæ absque eo, quod adsit necessitas illas ponendi in calculo, ad effectum augendi legitimam masculorum, satisque, immò plurimum operari statutum, si in calculo legitimæ, non habeatur ratio fœminarum probat doctissimus *Peregrin de fideicom: artic.* 38. *num.* 24. §. *Tertio*, quodque portiones
62 masculorum impinguari non debeant ex eo, quod fœminæ excluduntur eorum favore, satisque impinguari, quià succedunt tantummodò masculi, in terminis, in quibus fœminæ exclusæ receperunt dotem, ac testando quod fœminæ dotatæ, & exclusæ non augent numerum masculorum, firmat idem *Peregrin.* in immediatè *seq.* §. *Nec obstat*.

Ultrà hactenus deducta, ad effectum demonstrandi fœminas, vigore dispositionis statutariæ non augere legitimam masculorum, hoc ipsum comprobatur etiàm ex eo, quod eadem S. Rota, in quamplurimis decisionibus, & etiàm in iis, in quibus tuetur contrariam sententiam, fir-
63 mavit, quod si Parentes disponant æqualitèr, aut inæqualitèr per fideicommissum, vel alio modo, favore unius, vel plurium filiorum de agnatione, portiones fœminarum remanent subjectæ eorum dispositionibus, & signanter in *dec.* 2119. *coram Coccino, sub num.* 2., 3., *&* 5. respondit duas filias Michaelis de'Lante facere partem favore trium masculorum, eorumque legitimam transiisse à triente ad semissem, & dotem Victoriæ succedere locò legitimæ,

ac

ac num. 10., & 17. illud plus eidem debitum de jure com- 64
muni, uſque ad integram quantitatem illius legitimæ, ma-
joris dote illi relicta à Patre, & vigore ſtatuti augendum
legitimæ maſculorum, gravari potuiſſe à Patre fideicom-
miſſo, & in illius confirmatoria la 2158. *coram eodem Cocci-
no*, ſub. num. 14. 15., *&* 36. illud plus, vigore ſtatuti, acqui-
ſitum fuiſſe hæreditati, & filiis hæredibus, & num. 48.
Patrem, vigore facultatis, illi tributæ à ſtatuto, poſſe gra- 65
vare dictum augumentum, quas deciſiones refert *Conſtant.
in adnot.* 35. *ad cap.* 141. *artic.* 2. *num.* 131.

In *dec.* 180. *part.* 11. *rec. ſub. num.* 9. dotem ſuccedere loco 66
legitimæ, & num. 7., & 10. tres filias dotatas facere numerum,
ad effectum augendi, uſque ad ſemiſſem legitimam 4.
maſculorum, & *num.* 11. ſupplementum legitimæ detractum
ex perſona filiarum ab aſſe hæreditatis, augere non potu-
iſſe legitimam fratrum, ſed remanſiſſe favore hæreditatis
paternæ, quià ſtatutum 141. prohibet filiabus, ac neptibus, 67
ipſarumque hæredibus aliquid petere prætèr dotes, á Pa-
tre, & Avo, eorumque hæredibus, etiam tranſverſalibus.

In *dec.* 10. *part.* 12. *rec.*, in cuius caſu aderat unus maſcu- 68
lus, cum duabus ſororibus, & legitima erat triens, ſub
num. 17. firmatum fuit dictas duas ſorores facere numerum,
& partem, ad effectum impinguandi hæreditatem Paren-
tum, & fideicommiſſum, quam propoſitionem Rota ad-
miſit in *dec.* 147. *num.* 4., *&* 5. *part.* 13. *rec.* licet, ob circumſtan-
tias facti, revocaverit præcedentem deciſionem, idemque
reſpondit in *dec.* 267. *num.* 5. *part.* 13. *rec.*, confirmatoria
ſupradictæ deciſionis 147. *part.* 13. *rec.*

In *dec.* 309. *part.* 17. *rec.* legitima erat ſemis ob numerum 69
ſex fœminarum, ultrà maſculos, ut ex *num.* 6. & ſub *num.*
7. in terminis cap. 141., reſpondit fœminas non facere nu-
merum, & partem favore aliorum maſculorum, ſed hære-
dis, & num. 10. teſtatur Rotam in aliis deciſionibus firmaſſe
illud plus debitum filiabus fœminis, uſque ad quantitatem
earum legitimæ, acquiri fideicommiſſo paterno.

70 In dec. 68. *impressa post Card. Albic. dè inconstan. in judic.* in terminis cap. 145. num. 1., & 2. fœminas augere legitimam masculorum dè triente ad semissem, & num. 4. refert opinionem, quod portio, quam statutum aufert à fœminis, gravari potest fideicommisso, in *Romana Immissionis 15. Iunii* 1714. §. *Non obstante*, & in illius confirmatoria 5. *Aprilis* 1715., §. *Minusque coram Eminentiss. Scotto*, fœminas computandas esse ad commodum masculorum prò augenda legitima à triente ad semissem, & facta repartitione ejusdem legitimæ, prò virili, intèr omnes, tam masculos, quam fœminas, portiones viriles fœminarum remanere ad commodum fideicommissi.

71 *In Romana Immissionis* 18. Februarii 1715. §. *Aut enim, & duobus sequentibus coram Reverendiss.* Lancetta, in terminis, in quibus legitima erat triens ob concursum unius masculi cum filia fœmina, portionem adauctam masculo, ob existentiam fœminarum, gravari non potuisse fideicommisso in præjudicium ejusdem masculi, & respectu filiæ, & extraneorum, augumentum habere naturam legitimæ.

72 *In Romana fideicommissi* de Romanis 19. *Aprilis* 1717. §. *Comprobata coram R. P. D. meo Cerro*, legitimam esse semissem ob concursum Camillæ, & numerum quinque filiorum, & augumentum dè triente ad semissem oriri à concursu Camillæ, & remansisse obnoxium fideicommisso Paterno id, quod auctum fuit ex dicto concursu, scilicèt portionem virilem Camillæ, ut resultat ex eo, quod semis constitutus fuit in ♈ 9152., & resolutum fuit legitimam reduci ad sola ♈ 7321., ideoque à dicta summa semissis ♈ 9152. sublata non fuerunt ♈ 3050: 65., quod fuisset augumentum de triente ad semissem, sed ♈ 1830: 65, quæ erat portio virilis unius ex 5. filiis.

73 In *Faventina Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februarii* 1718. §. *Nec subsistere coram Reverendiss. Lancetta*, hodiè constanter Rotam judicare, quod quotiescumque pro-

propter concursum fœminarum augetur legitima masculorum, tunc dictum augumentum remanet sub libera dispositione Patris.

74 Ideoque Sacrum Tribunal firmavit supradictam conclusionem procedere, etiam in terminis cap. 145., in quo disponitur de hæreditate Matris, ut in *dicta dec.* 10. *num.* 19. *& sequen part.* 12., *in dicta dec.* 147. *num.* 4., *& in dicta dec* 267. *num.* 5. *& seq. part.* 13. *rec.*, *& in dec.* 68. *post Card. Albic. de inconstant. in judic. num.* 1. 2. 4., quia utrumque capitulum excludit fœminas causativè propter masculos, 75 & conservationem bonorum in agnatione, ut in *dicta dec.* 147. *num.* 7. *part.* 13. *rec.*, ideoque adimpletur, quotiescumque 76 augumentum remanet penes masculos agnatos, ac proptereà non minus in successione hæreditati Patris, quam Matris, & per consequens in terminis utriusque capituli juxtà firmata *in dicta dec.* 10. *num.* 19. *part.* 12. *rec.*

77 E'converso, si Parentes instituerint fœminam, vel extraneum, vel illos substituerint Masculis agnatis, in primo casu portiones fœminarum retinere naturam legitimæ, & in secundo, in actu, in quo successio transire debet ad fœminam, vel extraneum, assumere illam naturam legitimæ, quæ veluti consopita quieverat, ut videre est, ferè in omnibus supradictis decisionibus, & præcipuè *in dicta dec.* 147. *num.* 5., *&* 7., *& in dec.* 267. *num.* 5., *& seq. part.* 13. *rec. in dicta Romana Immissionis* 18. *Februarii* 1715. §: *Aut enim*, *& in dicta Faventina Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februarii* 1718. §. *Nec subsistere coram Reverendiss. Lancetta*, & hanc sententiam unà cum S. Rota amplexi fuerunt quamplurimi Doctores, & præcipuè *Torre dè pact. futur. success. libr.* 2. *cap.* 47. *num* 56., *&* 61., *versic. cum distinctione*, *& in tractat. dè primogenit.*, *& Majorat. Ital. part.* 2. *quæst.* 60. *num*, 17., *&* 18. *Gob. in tractat. dè jur. in testat. success. observat.* 23. *num.* 4.

78 Quandò igitur legitima est triens, portiones ejusdem legitimæ debitas fœminis dè jure communi cedere commo-

do unius, vel plurium masculorum agnatorum hæredum, firmavit *Rot in dicta dec.* 10. *num.* 17. *part.* 12., *in dec* 147. *num.* 4., *&* 5., *& in dec.* 267. *num.* 5. *part.* 13. *rec.*, *in Romana Immissionis* 18. *Februarii* 1715. §. *Aut enim*, *& duobus seqq. in Faventina Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februarii* 1718. §. *Nec subsistere coram Reverendiss. Lancetta*.

79 Nec non si consistit in semisse, illorum commodo cedere portionem virilem fœminæ, in dicta *Romana Fideicommissi de Romanis* 19. *Aprilis* 1717 §. *Comprobata coram R.P.D. meo Cerro*; illud plus, quod dè jure communi, secluso statuto, obtigisset iisdem fœminis usque ad integram quantitatem earum legitimæ, *in dicta dec.* 2119. *num.* 2. 3. *&* 5. *&* 2158. *num.* 14. 15 *&* 36. *coram Coccino*, *in dec.* 180. *num.* 11. *part.* 11. *rec. in dec.* 309. *num.* 10. *part.* 17. *rec. in dec.* 68. *num.* 4. *post. Card. Albic. dè inconstant. in judic.*, portiones viriles illis tangentes in repartitione ejusdem legitimæ in *dicta Romana Immissionis* 15. *Junii* 1714. §. *Non obstante*, *& in illius confirmatoria* 5. *Aprilis* 1715. §. *Minusque coram Eminentiss. Scotto*.

80 Ac propterea firmavit remansisse in hęreditate Parentum id, quod dè jure communi (secluso statuto) spectasset iisdem fœminis, juxtà firmissimum, & elementare principium, quod statuta exclusiva fœminarum ab illis auferunt earum portiones, illasque (eodem momento temporis) tacita quadam adjudicatione masculis applicant, ut doctè, ac solidè ponderat Rota *in dicta Faventina Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februarii* 1718. §. *Prout quoque*, *& in illius confirmatoria* 16. *Januarij* 1719. *coram Reverendiss. Lancetta*.

81 Supradicta Sententia, quod portiones fœminarum remanent sub dispositionibus exaratis à Parentibus favore masculorum dè agnatione, stat in eo, quod fœminæ non augent legitimam masculorum jure accrescendi, sed beneficio statuti, *Rot. in dicta dec.* 2119. *num.* 10. *coram Coccino*, *In Romana Immissionis prima Julii* 1715. §. *Non tamen coram*

82 *Reverendiss. Lancetta*, undè sequitur Parentes, vigore facul-

tatis

tatis illis tributæ á statuto, posse gravare augumentum legitimæ, scilicet illud plus debitum fœminis ultrà dotem minorem legitima, usque ad integram quantitatem ejusdē legitimæ, ut adhibendo supradictum verbum *augumentum*, relativè ad masculos, quorum favore augeretur legitima, intellexit, ac determinavit *Rot. in dicta dec.* 2119. *num.* 17. *&* 2158. *num.* 48. *coram Coccino*, & hujusmodi onus, non 83
esse propriè onus, quià non apponitur legitimæ, quæ est portio, quam quis tenetur relinquere dè necessitate, utpotè debita dè jure communi, sed quoad alia, summa profunditate, ac doctrina considerat *Rot. in dicta dec.* 2119 *num.* 17. *coram Coccino*.

Quà dè causa, cum prohibitio gravaminis sit restricta ad 84
legitimam debitam dè jure communi, quia est illa portio, quam quis tenetur relinquere dè necessitate, ut firmavit *Rot. in dicta dec.* 2119. *num.* 17. *coram Coccino*, & non debetur 85
ex dispositione Parentum, sed jure naturæ, & ex provisione legis, ut monet eadem *Rot. in dec.* 10. *numer.* 11. *part.* 12. *rec.* & portio debita fœminis dè jure communi consistit in 86
æquali quota legitimæ illis tangente in repartimento cum masculis, ad *Textum in L. Scimus. C. dè inoffic. testament.*, exinde sequitur, ad mentem S. Rotæ, Parentes gravare posse totum id, quod debetur fœminis prò earum portionibus, ut resultat ex diversis casibus, inquibus emanarunt supradictæ decisiones, quos omnes unica ratione decidendi, optimè complectuntur laudatæ decisiones Eminentiss. Scotti emanatæ in dicta *Romana Immissionis*, firmando remanere 87
in fideicommisso portiones viriles tangentes fœminis in divisione cum Masculis, nempè prima die 15. *Junii* 1714. *in §. Non obstante*, *&* 2., *die* 5. *Aprilis* 1715. *in §. Neque dictę*.

Constat igitur, quod S. Rota interpetrando rubricam 141. & 145. Statuti Urbis exaratas favore agnationis, fuit in sensu utramque optimè adimpleri, mediante æquali, vel inæquali vocatione unius, vel plurium masculorum agnatorum, & sufficere alterum, vel nonnullos, vel omnes effe-

ctivè

ctivè consequi bona defuncti, etiam gravata fideicommisso, ideoque nedum bona, sed usumfructum bonorum, & Parentibus licitum esse gravare filios, & descendentes vi-
88 gore facultatis illis tributæ à statuto, quià gravant id, quod dè jure communi esset legitima Fœminarum, quodque masculi ab illis consequuntur vigore ejusdem statuti, nequaquam verò illas quotas, quæ ad tramites juris communis sunt legitima masculorum, quæ nullo, nec temporis, nec conditionis gravamini subiici potest, *per Text. in l. omni modo, & l. quoniam in prioribus C. dè inofficios. testament.*

89 Illæ itaque decisiones, quæ firmant fœminas, vigore statuti augere legitimam masculorum à triente ad semissem, firmant etiam in supradictis terminis dispositionum factarum favore masculorum dè agnatione, id, quod esset debitum Fœminis ab eâdem legitima, vigore ejusdem statuti, remanere in hæreditatibus parentum, uti quotas earumdem hæreditatum, absque eo quod assumere valeant naturam legitimæ, nisi in actu, in quo dictæ hæreditates transeant ad fœminas, vel extraneos, ideoque admittunt portionem hæreditatis, quæ deberet esse legitima, non esse legitimam, & sufficere illam pervenire ad unum, vel plures masculos agnatos, titulo etiam fideicommissi, & per consequens, ad mentem statuti, non adesse necessitatem, quod portio, quæ effectivè pervenire debet ad masculos, uti vera legitima, sit semis hæreditatis.

Parúm relevante, quod etiam in supradictis terminis, portiones viriles masculorum sint portiones semissis, ideoque verificari legitimam esse semissem, nam semper urget ratam dicti semissis, quæ remanet in hæreditate, non pervenire ad masculos, uti masculos, sed remanere in hæreditate Parentum.

90 Et si eveniet, prout evenire potest, quod in numero filiorum adsint 5. fœminæ, & unus masculus, & detrahi debeant á semisse portiones viriles fœminarum, masculus percipiet unam ex 6. unciis semissis, in quo videtur verifica-

fica-

ficari legitimam esse semissem, sed introspiciendo substantiam, titulo legitimæ percipiet unicam unciam, quæ erit, & est longè minus aliis 5. quę vigore statuti, remanent in hęreditate, & si ultrà 5. fœminas aderunt etiam 2. masculi, quorum alter tantummodò sit hæres, ille qui non est hæres lucrabitur dumtaxat septimam partem semissis, ideoque in utroque casu, aliisque, qui excogitari possunt, verificabitur quidem augeri legitimam favore hęredum, nequaquam verò favore masculorum dè agnatione.

Propterea, si ex firmatis in decisionibus allegatis à num. 58. ad 63. in supradicto articulo, an portiones viriles Fœminarum remaneant in hęreditate Parentum, resultat statuentes protulisse legem, quę non importat, immò excludit necessitatem, quod integer semis perveniat ad masculos agnatos, uti legitima, & exigit tantummodò deferri ad unum, vel plures, etiam alio titulo, scilicet hæreditario, dicendum est eosdem statuentes idem voluisse in alio articulo, an fœminę faciant numerum favore masculorum, ad effectum augendi eorum legitimam à triente ad semissem, in quo affirmativa sententia dumtaxat arguitur à verisimili mente statuentium, qui cęteroquin in litera aliud non dixerunt, quam filias, ac Neptes, *ab intestato in aliquo non succedere*, cum in utroque militet eadem ratio favoris masculorum de agnatione, nullaque adsit disparitas, juxtà regulam, quod casus connexi pari ęquitate, & identitate rationis, quoad juris dispositionem separari non debent, de qua *text. in L. Illud ff. ad legem Aquiliam, Abbas in cap. nihil num. 5. de elect. Rot. decis.* 18. *num.* 9. *inter recollect. ad ornat. Card. de Luc. de servitut. lib.* 4. *tom.* 1. 91 92

Usque nunc probavi legitimam hęreditatis Principissę Virginię constituendam esse in Triente: Superest nunc demonstrare id, quod pręmisi, hic habere locum, & attendendam esse rubricam 145. Statuti Urbis, prout demonstrabo, evacuando difficultates, quę in contrarium excitari possunt.

Li-

Licèt enim dicta Rubrica excludat fœminas tantummodò ab hæreditate inteſtata Patris, Avi, Matris, & Aviç, nequaquam verò ab alia, quę (ut in preſenti caſu) provenit ex teſtamento, nihilominus introſpecta non minus diſpoſitione ſtatuti, quam voluntate Teſtatricis, idem dicendum eſt, ac ſi verſaremur in ſucceſsione inteſtata, nam Teſtatrix reliquit filiis legitimam, *che gli và di ragione in-*
93 *ſtituendoli in quella eredi liberi in ogni miglior modo*, quę idem ſonant, ac de jure ſtatutario, quod effectivè viget, & ſervatur, ac derogat juri communi, ut dixit *Rot. in dec. 17. num. 5. & ſeq. poſt Conſtantin. ad Statutum Urbis.*

Ideoque proferendo ſupradicta verba, ſe uniformavit ſtatuto, nam inſtituendo filios hæredes liberos in legitima, illis tribuit legitimam liberam, eodem modo, quo illam
94 tribuit liberam, etiam ſtatutum, quod in hoc, ſcilicèt in libertate legitimæ, non corrigit diſpoſitionem juris communis contentam in ſupradicta *Authentic. noviſſ. C. dè inoffic. teſtament.*, propterea dicta Teſtatrix conſtituendo filiis legitimam illis debitam dè jure ſtatutario, & liberam, quemadmodum illam conſequuturi fuiſſent ad tramites ſtatuti, & juris communis, ſe uniformavit diſpoſitioni ſtatutariæ, & juris communis, & quoad effectum intellexit, ac voluit decedere inteſtata.

Introſpiciendo verò ſtatutum, unica ratio favoris maſ-
95 culorum, qui conſervant agnationem, cujus intuitu rubrica 145. excludit fœminas à ſucceſsionibus inteſtatis, viget etiam in preſenti caſu, in quo agitur dè legitima defunctæ cum teſtamento, ut in terminis dicti ſtatuti, teſtatur *Conſtantin. in adnot. ad d. cap. 145. adnot. 39. artic. 1. num. 2.*, & aliorum conſimilium. *Hon ded. conſ. 7. num. 19. lib. 2.*, *Spad. conſ. 318. num. 4. tom. 3.*, illamque, licèt ſpecialiter non expreſſam, eſſe ſubintelligendam, notat idem *Conſtantin. in dicta adnot. 39. artic. 1. num. 4.*

96 Concurrente autèm identitate rationis, caſus, dè quo eſt quæſtio, licèt non comprehenſus in litera, cenſetur com-

pre-

prehensus in spiritu ejusdem statuti ad tradit: per *Mart. dè success. legal. part. 4. quæst. 21. artic. 2. num. 76. Surd. dec. 254. num. 40.* ea enim, quæ resultant ex ipsa mente 97
statuti, dicuntur provenire ab eodem statuto. *Barz. dec. Bononien. 46. num. 65.* & ex ipsis verbis statuti, ut dixit *Rot. in dec. 371. num. 17. coram Peutinger.*, ac propterea cap. 145. disponens dè successionibus inteſtatis ha- 98
bet locum etiám in hæreditatibus morientium conditis testamentis, ut firmat *Constantin. in dicta adnot. 39. artic. 2. num. 78.*

Eoque magis adstipulante, nedum identitate, sed maioritate rationis, nam si cap. 145. attendendum non es- 99
set in casu conditi testamenti, utique filiæ, ac neptes essent melioris conditionis, quandò preteritæ fuerunt ab Avo, Patre, ac Matre, & per consequens, quandò illis adversatur Avita, Paterna, àc Materna dispositio, quam in alio successionis inteſtatæ, in quo adversus illas non resistit voluntas defuncti, ut approbando hanc validissimam rationem in terminis hæreditatis Matris, ac statuti excludentis fœminas à successione intestata, firmat *Nicolaus Catan. cons. 19. num. 7.*, in terminis statuti Urbis. *Fenzon. in adnotat. ad dictum cap. 145. num. 2. Rot. in dec. 97. num. 2., & 3. coram Rembold*; & agendo dè exclusione à legitima, vigore dicti *cap. 145. in dec. 439. num. 7. coram Roxas, in dec. 134. num. 14. coram Priolo, in dec. 36. num. 3. post Merlin. de legit., & in dec. 316. à num. 22. usque ad 26. part. 6. rec.*

Nec iuvat replicatio, quod si rubrica 145., literaliter 100
disponens tantummodò dè successionibus inteſtatis in calculatione legitimæ, excludit fœminas à numero filiorum, etiam quandò adest testamentum, comprehendendo casum ab illa non expressum, ex paritate rationis, etiam rubrica 141. licét expresè disponat dumtaxat dè dote constituta à Patre, vel Avo, ac dè illorum testamentis extendi debeat ad legitimam debitam ex testa-

mento Matris; & ità Filias, licet exclusas à successionibus intestatis, nihilominus augere legitimam masculorum vigore dictæ Rubricæ 141. quæ in calculatione legitimæ illas non excludit à numero filiorum, ut videtur firmare. *Rot. in dec.* 134. *num.* 19. *coràm Priolo, repetit. apud Michelor. dè Fratribus in ordine la* 60.

101 Maxima enìm utrumque casum intercedit disparitas, in eo constituta, quòd rubrica 141. excludit fœminas à legitima, & succesione testamentaria Patris, & Avi, quibus incumbit munus dotandi, primum enim spectat
102 ad Patrem, ad *text. in l. final. C. dè dot. promiss. & in l. qui liberos ff. de ritu nuptiar.* secundum ad hęredem Patris, tertio
103 loco, & in subsidium ad Avum paternum, ut videre est penès *Card. de Luc. de dot. discurs.* 142. *n.* 4, & 49. *Rot. dec.* 25. *nu.*
104 20. *part.* 11. *rec.* & est restricta ad illorum succesiones, quià non semel, sed bis dè illis tantummodò mentionem facit, ut advertit *Constantin. adnot:* 35. *artic.* 1. *num.* 55.

Nec incipit ab exclusione, sed à dotatione, reser-
105 vat dotes, & excludit tantummodò dotatas, non solum intuitu masculorum, sed etiàm dotium ab iisdem Patre, & Avo constitutarum, prout legitur in dicto cap. 141. impress. penès *Constantin. adnot.* 35. *artic.* 1. ibi *filię fœminæ, vel neptes natæ ex filiis, seù filiabus præmortuis, dotatæ à Patre, vel Avo sint contentæ dotibus, quas Pater, vel Avus earum in testamento, vel alia ultima voluntate, seù inter vivos dederit, vel reliquerit, nec occasione Falcidiæ, seù supplementi debiti jure naturæ possint aliquid petere ab hęredibus Patris, vel Avi dè agnatione, etiàm transuersali, ultrà id quòd Pater, vel Avus earum reliquit, seù dedit in vita, sed semper testamentum, & ultima voluntas Patris, & Avi robur habeat.*

106. Idcircò pręfatæ dotes induunt naturam legitimæ, ut testatur *dictus Constantin. in adnot. ad dictam rubricam* 141. *adnot.* 35. *artic.* 2. *num.* 58. & *seqq. Gratian. discept.*

foren.

forens. cap. 700. num. 29. & 30. Rota coram Burat. dec. 215. num. 11. & dec. 100. num. 8. & 9. part. 16. rec. & fœminę faciunt numerum favore masculorum, & hic est alter ex effectibus dotis succedentis loco legitimæ, ut firmat idem *Constantin. in dicta adnot. 35. artic. 2. num. 119.*, ac in terminis legitimæ detrahendæ ab hęreditate Matris *num. 122. Rot. in dec. 128. num. 14., & 15. part. 13. rec.* 107

Dictaque reservatio dotium operatur, quod licèt dotes non succedant loco legitimæ, quoad titulum, & ius ità ut filiæ consequantur dotes iure legitimæ, nihilominus succedunt quòad effectum, quià debentur virtute eiusdem exclusionis, & ex necessitate, qua adstringuntur Parentes illas totaliter non privandi successionibus.

Ideoquè in his terminis filiæ aliquo titulo, & jure, 108
licèt diverso à supradicto legitimæ, quòad substantiam, & effectum participant dè successionibus, ac propterea non sunt totalitèr extraneæ, reputantur in numero succedentium, & admittuntur ad partem favore masculorum, ut sua consueta profunditate ratiocinatur *Bellon. de jur. accresc. cap. 6. quęst. 15. num. 69. 70. 71. versic. aùt verò quęrimus, quem sequitur R. P. D. Severol. in dicto vot. num. 44.*

Propterea, cum Mater non sit Pater, nec Avus, ac 109
teneatur dotare filias tantummodò deficientibus, vel inhabilibus omnibus ex parte Patris ad tradit. per *Bos. de dot. cap. 5. §. 2. num. 11. & 12. & sequen.* cùm ibi adductis, exindè sequitur dictam rubricam 141. excludentem dotatas à Patre, & Avo verbis supra relatis, *filiæ fæminæ, vel Neptes natæ ex filiis, seu filiabus præmortuis, dotatæ à Patre, vel Avo*, & ad illas restrictam, comprehendere non posse illius successionem testamentariam, juxtà vulgatam regulam, quod statutum, uti 110
correctorium iuris communis egredi non debet personas à statuentibus pręfinitas, ut respondit *Rot. in dicta*

dec. 112.*num.* 12.*part.* 17. *rec.*, emanata in eadem causa, in quà ędita fuerat supradicta *dec.* 134. *coràm Priolo*,
111 illamque, uti non comprehensam à Statuto, remanere sub dispositione iuris communis, in puncto probat *Constantin. adnot.* 35. *artic.* 1. *num* 55. *Rot. in dec.* 256. *num.* 5. *versic. Nam coram Cavaler.*, & *in dec.* 112. *num.* 12. & 13. *part.* 17. *rec.*

E converso rubrica 145. nulla habita consideratione dotium, sed tantummodò agnationis, absque ulla reservatione, totalitèr excludit fœminas, & quodammodò exhęredat, quæ exhęredatio operatur, quod sicuti non facerent numerum, si exhęredatæ fuissent à Parentibus, ita illum non faciant ob exhęredationem statuti, cumque, uti exclusæ à statuto, non participent de le-
112 gitima favore sui, quià non entis non sunt qualitates, & sinè subiecto non dantur, ut ponderat *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 38. *post num.* 15. *versic.*, *sed horum opi-*
113 *nio*, & *num.* 16., ità, ob eamdem rationem, illarum non existentiæ, facere nequeunt partem favore masculorum, ut firmat *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *in principio*, & *num.* 29. & 30.

Maxima igitur adest diversitas inter rubricam 141.
114 & 145. qua pręsupposita dico, quòd licet rubrica 145. expressè disponat solùm de successione inteſtata, nihilominus ob identitatem, immó maioritatem rationis, & inspiciendo id, quod voluerunt, & disposuerunt statuentes in eàdem rubrica, comprehendit etiam legitimam detrahendam à successione morientis cum tabulis testamentariis, ut firmavit *Rot. in dec.* 36. *num.* 1. *post. Merlin. de legit.*, quam propositionem amplexa non fuit *S. Rot. in dec.* 134. *coram Priolo*, & 112. *part.* 17. *rec.* tan-
115 tummodò quià ibi agebatur de Matre, quæ reintegraverat filiam legato concepto cum titulo institutionis, & legitimæ, ut ponderat dicta *dec.* 134. *coram Priolo à num.* 19. *ad* 22. & *dicta dec.* 112. *part.* 17. *rec. sub num.* 7.

ubi

ubi firmat ſtatutum excluſivum ab inteſtato ; non extendi ad caſum conditi teſtamenti , quandò filius honoratur legitima titulo inſtitutionis, ideoque tacitè admiſit illud extendi, quando (ut in pręſenti caſu) defecit inſtitutio , & per conſequens reintegratio fœminarum .

Et in hunc ſenſum inclinaſſe DD. S. Tribunalis Auditores , qui eorum doctiſſima , & regulis iuris undequaque conſona ſuffragia , tulerunt in illa cauſa, dignoſcitur ex ſolidiſſimo principio , cui innituntur laudatæ deciſiones, examinando utramque rubricam 141. , & 145. nempè, quod ſi fœminæ civiliter non exiſtunt, civiliter , prout neceſſe eſt , numerari non poſſunt , ut videre eſt in *dicta dec.* 134. *coram Priolo , & in dec.* 112. *part.* 17. *rec. per tot.* 116

Præmitto etiam dictam Principiſſam non reintegraſſe ad propriam ſucceſſionem ſuas dilectiſſimas filias à ſupradicta totali excluſione ſtatutaria , illaſque non reſtituiſſe iuribus ſuitatis,nam reliquit Duciſſæ Conſtantiæ ♈ 1000. aliiſque in religione degentibus ♈ 300. prò una vice , una cum annuo aſſignamento ♈ 80. perſolvendo D. Mariæ Berenici,illaſque invitavit ad ſupradicta legata, omiſſa inſtitutione, *in quota hæreditatis, vel in legitima* , quarum 117
alteram requiri, ad effectum illas reintegrandi,docet *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 6. *quęſt.* 15. *num.* 88. & 89. ubi firmat teſtatorem , qui ſimpliciter legat filiæ dotem , vel 118
aliquid aliud , non reſpicere ius commune , & non relinquere filiæ , uti filiæ , ſed uti extraneæ *Rot. poſt Michelor. de fratribus in dec.* 22. *num.* 10. & *in dec.* 123. *num.* 19. *part.* 10. *rec.*

Ac requiri inſtitutionem *in cauſam legitimæ* , *vel pro legitima* , *Gob. de jur. inteſtat. ſucceſſ. obſervat.* 41. *num.* 7. & 119
iuxtà probabiliorem ſententiam , *in quota bonorum* , & *hæreditatis num.* 8. pariter eſſe neceſſariam inſtitutionem *in cauſam legitimę* , & in terminis ſtatuti Urbis *Rot. in dicta dec.* 134. *num.* 15. & 20. *coram Priolo* , & advertendo dictum

120 ctum Statutum exclusivum ab intestato, non extendi ad casum conditi testamenti, quandò fœminæ agnitæ, & honoratæ fuerunt titulo institutionis, etiam *ratione legitimę sub dicto num.* 15.

Firmato legitimam detrahendam ab utroque filio, ex hęreditate Principissæ Matris, constituendam non esse in semisse, sed in triente; resolutionem hujus quęstionis pendere à cap. 145. Statuti Urbis, nèc non dictam Testatricem non reintegrasse filias ab exclusione statutaria, meum est proponere, ac diluere obiecta, doctè, ac subtiliter excitata à DD. Defensoribus D. Principis, ac D. Marii, unà cum nonnullis aliis, quæ excitari possunt in supradicto articulo trientis, illisque me, Deo dante, congruis responsionibus, satisfacturum fore non ambigo.

Primò non officit exclusionem statutariam operari non posse fœminas, non esse filias, ideoque illis impedire non posse facere numerum favore masculorum, licèt enìm sint naturalitèr, attenta exclusione statutaria, non sunt
121 civilitèr filiæ, prout requiritur ad hoc, ut computentur in numero civiliter succedentium, stante quod legitima, & illius augumentum, quod est pars eiusdem legitimę debentur filiis ex dispositione iuris civilis, ideoque, in calculatione legitimæ numerus filiorum non consideratur naturalitèr, sed civilitèr, ut monent *Peregrin. de fideic. artic.* 38. *num.* 16. §. *quartò quià, Mangil. de imput. quęst.* 52. *num.* 75. *Rot. in dicta Romana, seu Savonen. successionis* 14. *Junii* 1700. §. *Duplex coram Reverendiss. D. Meo Lancetta*.

Secundò nullius momenti est aliud obiectum, dictas filias, sequuto obitu Principissæ Virginiæ, habuisse ius percipiendi, & effectivè percepisse legata, quæ Mater illis reliquit in testamento, ideoque tunc temporis, & etiam hodiè habuisse, & habere capacitatem, & potentiam succedendi, & per consequens existere in linea civiliter viventium, quodque, si res diversimodé se haberet, destitutæ fuissent civili actione, illis indubitanter competente, petendi dicta relicta. Oc-

Occurit enim validissima responsio, exclusionem
fœminarum, de quà est quęstio, demandatam non fuisse 122
ad omnes juris effectus, sed restrictam ad earum privatio-
nem à successionibus intestatis, ideoque ad effectum de-
monstrandi dictas filias non fuisse omninò exclusas à sta-
tuto probari debet illis remansisse potentiam, & capacita-
tem succedendi in successionibus intestatis, nihilque re-
levat percepisse legata vigore dispositionis testamentariæ
Matris, ea enìm, quę filius, & filia non percipiunt à pa- 123
rentibus titulo institutionis, sed legati, non percipiunt,
uti filii, vigore dispositionis iuris communis, sed uti ex-
tranei, ut monet *Rot. in dec.* 22. *num.* 10. *post Michelor. de
Fratrib. & in dec.* 123. *num.* 19. *part.* 10. *rec.*

Idquè adeò verum est, ut quemadmodùm dictæ fi-
liæ fuerunt capaces lucrandi relicta materna, absquè ulla
resistentia Statuti, ità etiàm absquè ulla resistentia eius-
dem Statuti, fuissent, & essent capaces lucrandi alia
quæcumque relicta extraneorum, fideicommissa illo-
rum favore purificanda, & in futurum facienda, & alia
omnia donationis, vel alio quolibet titulo ad illas per-
ventura, quià rubrica 145. Statuti Urbis illas inhabili- 124
tat, dumtaxàt à successionibus intestatis, & à legitima,
quià est pars successionis intestatæ, juxta *Text. in l. Pa-
rentibus* 8. *C. de inoffic. testam.*

Ideoquè est verissimum dictas filias tempore obi-
tus Matris, ad mentem Statuentium, fuisse in linea ci-
vilitèr viventium, ad effectum lucrandi relicta, qui-
bus ab illa honoratæ fuerunt, & alia omnia, quibus ab
ipsa, aliisquè defunctis, ac viventibus, honorari potuis-
sent, illisquè, in hoc non obstasse, nèc obstare legem
indictam in rubrica 145. Statuti Urbis, sed est æquè ve-
rum, ac certum, illas vigore dictæ rubricæ, fuisse pror-
sùs mortuas iuri succedendi ab intestato, & per conse- 125
quens in Legitima, quod præbet insuperabile impedi-
mentum earum numerationi, ad effectum augendi Le-
gitimam masculorum. Ter-

Tertiò, non suffragatur fęminas facere, vel non fa-
126 cere numerum, & partem favore masculorum, ad effectum augendi eorum legitimam à triente ad semissem, proùt illis magis expedit, ùt quamplurimis adductis auctoritatibus firmat *R. P. D. Severol. in dicto responso à num.* 14. *ad* 26., hæc enim conclusio intelligi de-
127 bet in eo sensu, quòd fœminæ numerari quidèm debeant, proùt magis expedit masculis in illis casibus, in quibus ad tramites iuris, numerari possunt, sed non in alio, videlicet, illas numerandas esse, quotiescumque expedit masculis, itaùt sufficiat illarum numerationem prodesse masculis.

Juxtà præmissam distinctionem, in primo sensu, con-
128 clusio est vera, & fœminę exclusę à successionibus numerari possunt favore masculorum, quandò hoc expedit masculis, quià sunt capaces faciendi numerum, ùt evenit, quandò totalitèr non excluduntur à Statutis, in quibus terminis loquitur *Gratian. discept. forens. cap.* 676.
129 *num.* 11., vel quandò Statuta aliquid reservant, in quo casu loquitur *Carol. Anton. de Luc. in obseru. ad decis.* 549.
130 *Vincent. de Franch. num.* 2., vel quandò reintegratę fuerunt ad iura suitatis, de quo *Rot. in dicta dec.* 134. *num.* 11. *coram Priolo*.

131 Aut si dotes succedunt loco legitimæ, ut monet *Constantin. in suis Commentariis ad d. cap.* 141. *annot.* 35. *art.* 2, ubi *sub num.* 119. *& seq.* firmat quintum effectum resultantem ex eo, quòd dos succedit loco legitimæ, esse illum, quod, licèt fœminę exclusæ per statutum à successione non admittantur ad partem, nihilominùs faciunt numerum, & partem favore filiorum masculorum, ad augendam eorum legitimam à triente ad semissem, si filii masculi insimùl cum fœminis sint quinque, vel plures, & in immediatè *seq. num.* 120. declarat, dictam conclusionem procedere, si impinguatio legitimæ redundet in utilitatem eorumdem masculorum, & quatenùs ipsi id ve-

velint, quià hoc est inductum eorum favore.

Non omittendo hìc animadvertere, quòd dicta conclusio numerationis fœminarum, ad effectum impinguandi legitimam masculorum in Tribunali S. Rotæ 132
suum habuit exordium in terminis dotis, quæ succedit loco legitimæ, ut videre est in *decis.* 266. *num.* 3. *& seq. part.* 1. *diversor.*, & cùm initio progressum, ùt in decisionibus antiquioribus, posteà emanatis, nempè in *decis.* 421. *n.* 1. *coram* Ubaldo, *in dec.* 137. *n.* 9. *&* 160. *num.* 21. *part.* 6. *rec.*, ob validissimum fundamentum, quià est al- 133
ter ex quamplurimis effectibus dotis succedentis loco legitimę, quos enumerat *Constantin. in dicto art.* 2. *nu.* 91. *& seqq*, undè apparet, quòd admittendo fœminas augere legitimam masculorum in terminis *cap.* 145., admitteretur supradictus, & excluderentur omnes alii effectus dotis succedentis loco legitimę vigore *cap.* 141.

Vel quandò fœminæ habent potentiam succedendi, 134
ùt contingit, si viventibus parentibus, obtinuerint dotem, vel aliquid aliud loco legitimę, juxtà magistralem Theoricam *Bald. in l. unic. antè num.* 29. *vers. quid de filia*, *C. quandò non peten. part. peten. accresc.*, quià habuerunt suas partes, tùnc enim lex fingit illas defunctis 135
Parentibus succedere in illis portionibus, seù dotibus, quas habuerunt illis viventibus, & verificatur habere potentiam succedendi, ùt ratiocinatur *De Marin. res. jur. lib.* 2. *cap.* 93. *num.* 8.

E conversò, si nihil receperint in vita Parentum, ha- 136
bendas esse prò mortuis, & ex earum connumeratione nihil accrescere fratribus, quià nihil receperunt, & non advenit dies earum legitimę, unà cum *Bald. Gob. de jur. intest. success. observat.* 22. *num-* 29. *&* 30., *Schettin. de pact. success. part.* 3. *sect* 6. *num.* 4., *& seq.*, *& num.* 8., *Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 21., *& seq.*, *Peregrin. de fideic. artic.* 38. *num.* 12. *vers. Contra verò*, *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *num.* 33., *Carol. Anton. de*

Luc. in observat. ad dec. Franch. 549. num. 6. vers. Fœminę.

In alio verò sensu, scilicèt, quòd sufficiat sola utilitas masculorum, dicta conclusio non est vera, nàm, ad hoc, ùt fœminę faciant numerum, & partem favore masculorum, necesse est illas civilitèr calculari in numero succedentium, & ad hoc ùt civilitèr calculari valeant, requiritur illas habere titulum, vel potentiam succedendi, si enìm sufficeret sola utilitas masculorum, absque ullo titulo, ac potentia succedendi, fęminę facerent numerum, & partem in omnibus casibus, in quibus earum numeratio esset proficua masculis, quod non subsistit, nam quandò Statuta nihil reservant, & simplicitèr illas ex-
137 cludunt, nèc reintegratæ fuerunt ad iura suitatis, earumque dotes non succedunt loco legitimæ, tùnc fœminæ concurrere nequeunt cum masculis in legitima, utpotè debita eisdem masculis jure successionis, & detrahunt earum dotes à toto patrimonio, utì ęs alienum, àc debitum hæreditarium, & vigore conditionis impositæ á Statuto, & antequàm masculi detrahant eorum legitimam, ùt egregiè *Rot. in dec. 65. à num. 3. ad 7. post Albic. de inconstan. in judic.*

Et in his terminis supradicta propositio fœminas nu-
138 merandas esse, vel non, prout magis expedit masculis, non habet locum, quià deficit titulus, vel potentia succedendi, necessaria ad hoc, ùt sint in numero succedentium, & remanet extranea, stante quòd est certum, numerationem fœminarum esse proficuam masculis, quià consequuntur integrum trientem prò eorum legitima.

139 Econtrá verò, in statutis, in quibus dotes succedunt loco legitimæ, & in aliis, quę reservant dotes supèr eádem hæreditate, à qua excludunt fœminas juxtà veriorem, magisque receptam sententiam, dotes fœminarum detrahi debent à legitima masculorum, ùt testatur *Bellon. de jur. accresc. cap. 6. quæst. 15. num. 58.*, ideoquè il-
140 lam diminuere possunt, qua attenta ratione, cùm statutum

tum conditum favore masculorum, retorqueri non debeat in illorum prejudicium, invaluit opinio, fœminas exclusas à statuto facere, & non facere numerum, prout magis expedit masculis, habita ratione ad numerum filiorum, & quantitatem dotium illis relictarum, juxtà diversorum casuum contingentias, ùt benè explicat *Gob. dè succeſs. inteſt. obſeru. 22. num. 14. 15., & 16:*

Ità verificatur fœminas habere titulum succedendi, 141
stante quod percipiunt dotes titulo legitimæ, illasque detrahunt à legitima, quæ est pars successionis, & habet locum supradicta conclusio, ùt firmat *Gob. in dicta observat. 22. num. 14. 15., & 16., Rot. in dec. 66. num. 13., & 14. post Albic. de inconstant. in judic.*, illamque procedere in casibus, in quibus fœminæ excluduntur, dumtaxàt à 142
bonis dotantis, quià, tùnc respectu aliorum bonorum, faciunt numerum ad commodum masculorum, quodquè illum non faciunt, quandò exclusio propter dotem comprehendit quæcumque alia bona, eadem *Rot. in dicta Romana, seù Savonen. Succeſſionis 14. junii 1700. §. Duplex enim coram Reverendiſs. D. meo Lancetta.*

Supradictam conclusionem fœminas facere, vel non 143
facere numerum, & partem, proùt magis expedit masculis intelligendam esse in suprà assignatis, vel illis consimilibus casibus, resultat ex jisdem authoritatibus *allegat. à bo. me. D. Severol. sub. num. 26.* quæ descendunt ad explicationem dictæ propositionis; *prout magis expedit maſculis,* ut in terminis, in quibus dos succedit loco legitimæ, ha- 144
bito respectu ad majorem, vel minorem quantitatem dotium *Cephal. in conſ 245. lib. 2. num. 30. Gaſpar. Manz. de legit. quæſt. 4 num. 50. Peregrin. de fideicom. artic. 38. num. 23. & 24. Dexart. in dec. 69 num. 1.* quandò expedit, vel non expedit masculis, ob numerum filiorum, & quanti- 145
tatem dotium, *Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 33. num. 10. verſic. ac propterea crederem, Carol. Anton. de Luc. in animaduerſ. ad cap. 594. Gratian. num. 7. §. Similia ſtatuta, Rot. in*

146 *dec.421.coram Ubaldo num. 1. versic. Undè*, ponderando dictam conclusionem non procedere, quando dos succedit loco legitimæ, quià tunc est certum dotem detrahendam esse à legitima *Rot. in dec. 1285. num. 9. & 10. coram Coc-*
147 *cino*, in terminis in quibus legitima ob numerum 3. filiorum erat triens *in dec. 147. num. 3. part. 13. rec.* aduerten-
148 do, an summa, in qua dotantur fœminæ sit minor portione legitimæ, quæ illis contingit in concursu Fratrum *Rot. in dec. 66. num. 13. post Albic. de inconstant. in judic.*

Rationibus usque nùnc adductis addo aliam extrinsecā
149 silicet quod, si sola utilitas masculorum operaretur fœminas augere eorum legitimam, hic articulus, summa cum facilitate resolveretur favore masculorum, perpendendò tantummodò, an concurreret, vel non, & non torsisset Scribentes, & Judices, ac Doctores illum non appellassent Labyrinthum, ut notat *Thesaur. dec. 159. num 1. & S.Rota in suprà citat. dec. 134. coram Priolo*, non hæsitasset,
150 prout hæsitavit, resolvendo causam tantummodò in quinta propositione, ut testatur *eadem dec. num. 23. §. Fuit itaquè*, & cum circumstantia facti, quià ibi agebatur de Matre, quæ reintegraverat filiam legato, concepto cum titulo institutionis, & legitimæ, ut refert *eadem dec. à num. 19. ad 22.*

Quartò opponi potest dictas filias Principissæ Virginię esse quidem extraneas, & civilitèr mortuas, ad effectum succedendi ab intestato prò se ipsis, & ad proprium commodum, nequaquam verò, ad effectum faciendi numerum favore suorum fratrum, quià tunc numerarentur inter personas successibiles eorum commodo, & per consequens, ad effectum, de quo agitur, non obstare qualitatem extraneitatis, nec earumdem mortem civilem inductam à cap. 145, statuti Urbis.

151 Facilè tamèn respondetur, nam exclusio statutaria, ob eamdem rationem, ob quam inhabilitat filias à succedendo ad proprium commodum, illas inhabilitat à participa-

tione

tione legitimæ, ad commodum fratrum, ut egregiè *Castrens. in dicto cons.* 287. *num.* 3. *versic. Preterea*, ubi ponde- 152
rat masculos petere non posse fœminas redditas extraneas à statuto, eorum favore, computari in numero, nec conqueri de hac interpretatione, quemadmodum conqueri non possent, si excluderentur morte naturali, & redirent de semisse ad trientem, nàm mors civilis indicta fuit á statuto, favore, & cum utilitate eorumdem masculorum; idcircò quemadmodum, conqueri non possent de grava- 153
mine naturæ, ità, nec etiàm de gravamine legis.

Et allegando dictum consilium 287. *Castrens. Peregrin. de fideicom. artic.* 38. *num.* 16. assignando infrascriptas ra- 154
tiones, quià numerus filiorum consideratur civilitèr, quia filia exclusa per statutum à successione censetur exhęredata, & quoad effectum successionis, habetur perindè ac si non esset in rerum natura *Merlin. de legit. lib.* 1 *tit.* 4. *quest.* 155
3. ubi sub *num.* 10. proposita sententia, an fœminæ exclusæ à statuto faciant partem in calculanda legitima perindè, ac si non essent exclusæ, *sub. num.* 29. in terminis statuti, quod nihil reservat, & simpliciter excludit, declarat se tenere negativam, quià fœminæ non sunt in rerum natura, quia lex illas exhęredat, & non entis, non sunt partes, ut considerat in pręcedenti *num* 20. *&* 22. pariter ad effectum faciendi numerum favore Masculorum *Rot. in dicta dec.* 134. *num.* 8. *&* 9. *coram Priolo*.

Quintò non obstat quod, si fœminæ in calculatione le- 156
gitimæ non connumerarentur inter liberos, Parentes eximerentur ab obligatione relinquendi filiis illam majorem quantitatem legitimæ, quam tenentur illis relinquere, inspecto numero filiorum, & augeretur, eorum favore, libertas disponendi de eorum bonis, quodque, in tali casu, statutum non prodesset masculis, & defraudaretur illius finis, consistens in eo, quod portiones, quæ de jure communi, pertinerent ad fœminas, illius beneficio, transferantur in masculos, & hujusmodi finem, principaliter respi-

respicientem translationem partis hæreditatis inteſtatæ, reſpicere etiàm tranſlationem partis legitimæ, quià regulatur à ſucceſſione inteſtata, & eſt pars illius partis, quam quis habiturus eſſet ab inteſtato, quod eſt potiſſimum fundamentum, cui innititur *Bellon. de jur. accreſc. in cap. 6. quæſt. 15. num. 79. §. Et ita noſtri*.

Ultrà quod enim, ut ſupra probavi, ſemper urget fœminas extraneas, non exiſtentes, ac civiliter mortuas, nedum proprio, ſed etiam commodo maſculorum, nu-
157 merari non poſſe, incipiendo ab eàdem ratione adducta à *Bellon.* quod legitima regulatur à ſucceſſione inteſtata, hujuſmodi ratio probat fœminas totaliter per ſtatutum excluſas, connumerandas non eſſe in calculatione legitimæ, utpotè privatas ſucceſsionibus inteſtatis, qua attenta privatione tempore mortis defuncti, reperiuntur in ſtatu, in quo illis nihil debetur ab inteſtato, & per conſequens, nec etiam legitima, ut ponderat *Caſtrenſ. in dicto conſ. 287. num. 3. verſic. Diſpoſitio enim legis vol. 1.*

Eademque ratio probat connumerandos eſſe tantummodò maſculos, qui ex diſpoſitione ejuſdem ſtatuti conſequuntur univerſalem ſucceſsionem inteſtatam, ut plenè huic difficultati ſatisfacit *Riminald. jun. conſ. 31. num. 66. & plur. ſeqq.* ubi obſervat ſtatutum non cogitaſſe de incluſione fœminarum *Caſtrenſ. in dicto conſ. 287. num. 3. verſic. Igitur.* ibi *igitur tanquam extraneæ non computentur in numero filiorum, quibus debetur legitima, cum enim lex reperiat eas extrà debitum legitimæ, non defert eis, ſed maſculis, ergò ſecundum numerum maſculorum, quibus defertur, non ſecundum numerum omnium, quibus omnibus non defertur*, ſequendo ſupradictum *conſ. 31. Riminald. jun. Cyriac. controverſ. 71. numer. 12.*

158 Alia verò propoſitio ejuſdem *Belloni* quod, ſi fœminæ, in calculatione legitimæ, non connumerarentur inter liberos, parentes eximerentur ab obligatione relinquendi filiis illam majorem quantitatem legitimæ, quam tenen-
tur

tur illis relinquere, inſpecto numero filiorum; quodque augeretur eorum favore libertas diſponendi de eorum bonis, verificatur tantummodò, quandò computatis maſculis, & fœminis, omnes filii excedunt numerum 4. quià ſi illum non excedunt, legitima eſt triens, in quibus terminis non intrat diſputatio augumenti legitimæ.

Ulterius ſupradicta exemptio Parentum ab obligatione 159
relinquendi filiis majorem quantitatem legitimæ, quam tenentur illis relinquere de jure communi, juxta numerum filiorum, & major libertas diſponendi de eorum bonis, proveniunt à diſpoſitione ejuſdem ſtatuti, qnod excludit fœminas à ſucceſsionibus inteſtatis & ab alia juris communis, demandantis legitimam regulari à ſucceſ-
ſione inteſtata, undè ſequitur quod, ſi maſculi, vigore 160
ſtatuti, exarati eorum favore fruuntur primario beneficio excluſionis fœminarum à ſucceſsionibus inteſtatis, percipiendo integras hæreditates inteſtatas, evitare nequeunt totum id, quod provenit ab ipſa excluſione, & per conſequens, rejectionem fœminarûm á calculo, & impinguatione eorum legitimæ, quandò agitur de hæreditate teſtata, ut optimè ponderat *Paulus de Caſtro in dicto conſ. 287. num. 3. verſic. Nec obſtat*, ibi *nec obſtat quod ex teſtamento ſunt capaces, nam, & penitus extranei ſunt capaces, & tamen non faciunt numerum, inter filios, nam legitima non regulatur à cauſa teſtati*, & infrà *nullum inconveniens eſt dicere, ſed potius juri conſonum eſt, quod ſicut maſculi non volunt propter ſe, ut fœminę ſecum non concurrant in ſucceſſione inteſtati, ſed habeantur, ut extraneę penitus, & quod eis ſolis tota hęreditas deferatur, ita & teneantur aliud recipere contra ſe, quod ex illo neceſſariò deſcendit, ut poſtquam non computantur in numero, uno reſpectu, non computentur etiam alio, ut vitetur variatio, & contrarietas in quam incurrerent maſculi contrarium dicendo. Et qui vult unum propter ſe, & aliud ſibi annexum, & neceſſario, indè deſcendens tenetur recipere contra ſe*, & paulò poſtea in verſ. *Maximè*, ſubdit maſcu-

sculos non posse conqueri ibi, *Maximè quia ex hoc gravamine, quod habeantur prò mortuis sentiunt commodum in successione intestati, compensent ergò cum eo hoc incommodum, scilicet quod ex hoc restringatur legitima ad trientem, secundum numerum masculorum.*

Considero etiam, quòd si Testatores sentiunt aliquod
161 commodum resultans ab exclusione statutaria consistens in supradicta exemptione relinquendi filiis semissem, & in consequutiva libertate disponendi dè maiori parte suorum bonorum, est etiam verùm, masculos, virtute ejusdem exclusionis percipere commodum lucrandi integrum trientem, quem, juxtà dispositionem juris communis debuissent dividere cum fœminis ad *Text. in §. Si verò ultrà quatuor, Authentic. de trient., & semiss., & Authentic. Novissima, Cod. de inoffic. testam*, & hac introspecta exclusione fœminarum à participatione legitimæ, statutum,
162 satis, immò plurimùm operari, advertit *Peregrin. de fideicommiss. artic* 38. *num.* 24. *§. Tertiò*, ibi -- *Tertiò, considerabam, quòd mens statuentium fuit præhonorare masculos fœminis in successione intestati, non autèm adeò restringere, & coarctare potestatem parentum in testando contra iuris communis dispositionem, & plurimum operari statutum, si in calculo legitimæ filiorum ratio non habeatur, & sic postea reperi considerasse Soccin. d. cons. 75. colum. penult. in* 3.

Quodque sufficiat ab intestato succedere solos mascu-
163 los, & in successione testata illos dumtaxat considerari in calculo legitimæ detrahendæ ab hæreditate defuncti firmat *Peregrin. in dicto artic.* 38. *num.* 24. *§. Nec obstat* ibi -- *Nec obstat ratio illa, quòd filia excludatur favore masculorum, ac ideò portiones eorum impinguare debeat, nam satis impinguantur ab intestato eorum portiones, quia ipsi soli succedunt, item ex testamento, quoniam ipsi soli in calculo legitimæ considerantur, sed in terminis statuti excludentis dotatas, si non extant fœminæ indotatæ, adhùc idem, nàm fœminæ dotatæ, & exclusæ non augent numerum* ma-

masculorum, & illum sequendo sufficere, *filios habere integram hæreditatem, si Pater non disponat contrariùm, vel integram legitimam, Cyriac. controu.71. num. 12.*

Sextò, considero excitari posse aliud objectum, in eo constitutum, quòd si dictæ filiæ non augerent legitimam fratrum, illi subiissent maximum præjudicium, in casu possibilitèr contingibili, institutionis extraneorum, licèt inexcogitabili in mente dictæ Principissæ Virginiæ, quæ eximio amore, & pari prudentia, suo, cum quo decessit elogio, consuluit tàm masculis, quám fœminis.

Verùm ultrà quod Iudices, in judicando, moveri debent à rationibus deductis à casibus, qui effectivè contigerunt juxtà monitum *Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 32. *num.* 1., & 2., *Rot. in dec.* 25. *nu.* 20. *coram Sa. me. Alexandr. VIII.*, & *in dec.* 1084. *num.* 5., & 10. *coram Emerix Iun.*, directa responsio ea est, quòd si invitasset ad suam hęreditatem extraneos, ejusdem filii non subijssent suprà expositum præiudicium, constitutum in eo, quòd, vigore rubricæ 145., non auxissent eorum legitimam à triente ad semissem, impinguando dictam hæreditatem favore extraneorum; illo enìm in casu, non habuisset locum exclusio rubricæ 145., stante quod unica ratio, ob quam 164
statuentes demandarunt exclusionem fęminarum propter masculos, fuit conservatio agnationis, ut observat *Constantin. adnot.* 39. *art.* 1. *num.* 2. *cum ibi adductis*, illamque, 165
in interpretatione eiusdem statuti, habendam esse, utì pręcipuam, & finalem dixit *Rot. in dec.* 520. *num.* 6. *coram Buratto, in dec.* 126. *num.* 14. *coram Cerro*, ac testando Doctores universæ Italiæ ità interpretatos fuisse hujusmodi statuta, *in dec.* 53. *num.* 12., & *seq. par.* 3., *in dec,* 68. *n.* 6. *part.* 6.. & *in dec.* 383. *part:* 9. *rec.* 166 167

Juxtà supradictum ineluctabile fundamentum, si Testatrix, posthabitis filiis masculis, qui conservant, & propagant agnationem, vocavisset extraneos, jvisset contrá finem primarium contemplatum á statuentibus, ac pro- 168

pterea in tali casu, non habuisset locum exclusio ab illis demandata, tam in cap. 141., quam in alio 145., ut firmat *Constantin. in dicta adnot.* 39. *artic.* 2. *num.* 80., *Rot. in dec.* 885. *num.* 1., *&* 2. *coram Seraphino, in dec.* 770. *par.* 2. *rec.*, *quæ sub num.* 4., *&* 5. respondit filias præteritas allegare posse nullitatem testamenti, illisque non obstare dis-

169 positiones cap. 141., & 145., quia instituti non fuerant, illi, quorum favore condita fuerunt, etiamsì masculi in aliquo instituti fuissent, quià statuta non emanarunt, ad effectum conservandi in agnatione unam tantummodò partem bonorum, proùt esset legitima, sed omnia bona.

170 In terminis supplementi legitimæ petiti ab hærede filiæ in bonis paternis, contrà fœminam agnatam, ac statuti 141., illud conditum non fuisse, ad effectum tribuendi Patri liberam potestatem auferendi, & minuendi legitimam filiæ, sed tantummodò relinquendi masculis agnatis id, quod ab illa adimit, & ob institutionem fœminæ agnatæ, vel extraneæ, cessare illius rationem, & dispositionem firmavit eadem *Rot. in decis.* 267. *a num* 1. *ad* 6. & in illius confirmatoriis, nempè in *dec.* 383. *num.* 3., *& seq. part.* 9., *& in dec.* 112. *num.* 17. 18., *&* 19. *par.* 17. *rec.*

171 Necnon in *dec.* 45. *part.* 18. *rec.*, confirmatoria præcedentium, ubi sub num. 5. firmat statuta non habere locum, quando instituitur extraneus, sed quando hæreditas defertur ad filios masculos agnatos, & num. 6., & 7. filiam licet dotatam, non excludi à statuto 145., quia cùm illius præcipua, & finalis ratio non fuerit dotatio, sed conservatio agnationis, sola dos per eam obtenta à Patre, illam excludere nequit à legitima illi debita in hæreditate Matris perventa ad extraneum alterius agnationis, & cum hac eádem ratione sub num. 8. cap. 145., comprehendere non posse casum, in quo prodiit dicta decisio, quia instituti non fuerant filii masculi, quorum contemplatione excludit filias, sed extranei, & n. 10. ac 11. hoc procedere, etiamsi cum extraneo instituto in majori parte hæreditatis in-

instituatur filius agnatus in legitima tantùm, & sublatam fuisse dispositionem statutariam.

Si ergò in casu institutionis extraneorum, vel fœminarum de agnatione, filiæ defuncti possunt petere legitimam, & supplementum legitimæ, ac cessat ratio, & dispositio statuti, si evenisset supradictus inopinabilis casus 172
institutionis extraneorum, vel fœminarum de agnatione, legitima detrahi debuisset ad tramites juris communis, computatis in numero filiorum, tam masculis, quam fœminis, ut præter supra allegatas authoritates, probat *Paul. de Castro in cons. 52. super primo puncto column. prima num. 1. vers. Sed responderi potest*, & in his terminis, adhibendo propositionem in hoc articulo passim à Doctoribus usurpatam, quòd favor masculorum retorqueri non debet in eorum præiudicium, *Merlin: de legit. lib. 1. tit. 4. in supracitata quæst. 3. num. 11.* ibi – *Tertiò arguitur à mente, & ratione statuti, quæ est anima, & fundamentum dispositionis &c. Mente autèm statuti attenta, videtur colligi posse istas fœminas, non esse exclusas, sed connumerari debere, quia exclusio est facta favore masculorum, & ut bona in agnatione conserventur &c. Ideò hic favor non debet retorqueri in præjudicium masculorum, & in utilitatem hæredis extranei a Patre instituti, undè si debet hæc exclusio masculos juvare, ideò opus erit affirmare, ut Pater semissem, quem de jure communi masculis, & fœminis relinquere teneretur, illis masculis tantùm ex statuto relinquere compellatur, & sic accipiendo, & interpretando statutum, ut masculis prosit, non verò noceat, & prosit Patri, vel extraneo hæredi, cui statuentes prodesse velle non intellexerunt &c.* & infrá assignat rationem ibi – *& optimè facit ea ratio, quæ habet, ut quando excluditur aliquis à portione contemplatione alterius, portio illius exclusi debet applicari ei, cuius contemplatione est exclusus.*

Introspectis igitur omnibus casibus, qui possibilitèr 173
contingere possunt, in primis duobus, nempè successionis intestatæ, aut cum testamento favore masculorum de

agnatione, optimè adimpletur ſtatutum Urbis, & ratio impulſiva, ac finalis ejuſdem Statuti, abſque eo quod adſit neceſſitas numerandi fœminas in calculo legitimę, ad hoc, ùt illam augeant à triente ad ſemiſſem, & in aliis duobus, teſtamenti exarati favore fœminarum de agnatione, aut extraneorum, quam maximè repugnanti eximiæ pietati numquam ſatis laudatæ Principiſſæ Virginiæ, non intrat diſpoſitio ſtatuti, quia legitima debetur juxtà diſpoſitionem juris communis, ideòque nullum argui poteſt præjudicium maſculorum, ex eo, quòd fœminæ iuxtà opinionem ſupra ſtabilitam non augeant illorum legitimam à triente ad ſemiſſem.

174 Septimò, eiuſdem irrelevantiæ eſt alterum obiectum, ſtatutum Urbis excludere fœminas cauſativè propter maſculos, & conditum fuiſſe eorum favore, & primariò, & principalitèr, ad effectum conſervandi agnationem, ut notat *Conſtantin. adnot.* 39. *artic.* 1. *num.* 2., *&* *artic.* 2. *num* 82., *&* 88., ideoque dimetiendo voluntatem ſtatuentium à ſupradicto fine, fingendum eſſe fœminas habere partem in legitima ad commodum maſculorum, quia talis fictio eſt medium neceſſarium ad obtinendum ſupradictum finem, & ad effectum evitandi contrarium effectum, nempè ad hoc ùt inducta in eorum favorem, non retorqueantur in eorum odium, proùt eveniret, ſi quinque filii, computatis fœminis, prò eorum legitima non obtinerent medietatem hæreditatis, quia obtinerent à ſtatuto minùs eo, quod illis tribuit ius commune, ut loquendo dè huiuſmodi ſtatutis excluſivis fœminarum, favore maſculorum, arguunt omnes illi, qui tuentur contrariam ſententiam, & præcipuè *R. P. D. Severol. in dicto vot. num.* 29. 33., *&* 34.

Favor enìm ſtatuti eſt certus, & ampliſsimus, dùm maſculi, attenta illius diſpoſitione, conſequuntur omnes, & integras ſucceſsiones inteſtatas, & integram legiti-

mam,

nam, quandò computatis etiam fœminis non excedit trientem, & quandò ob numerum plusquam quatuor masculorum illum excedit, & optimè adimpletur in supradicta 175
impinguatione legitimæ masculorum, absque ulla necessitate illam augendi à triente ad semissem, ut respondendo objecto suprá proposito firmat *Paul. de Castro in dicto conf. 287. num. 3. versic. Item non obstat.* ibi -- *Item non obstat, quod gratia masculorum sunt excluse, quià fateor ab universali successione intestati, non tamen sequitur quod in successione legitime, que est particularis faciant numerum ad commodum masculorum &c. nescio enim videre undè ista consequentia descendat, Peregrin. de fideicom. in dicto artic.* 38. *num.* 24. §. *Nec obstat* ibi -- *Nec obstat ratio illa, quod filia excludatur favore masculorum, ac ideò portiones eorum impinguare debeat, nam satis impinguantur ab intestato eorum portiones, quià ipsi soli succedunt, itèm ex testamento quoniam ipsi soli in calculo legitime considerantur*, illum sequendo *Cyriac. controv. forens.* 71. *num.* 11. & 12. *Tom.* 1. ibi -- *Neque ab hoc secundo casu recedendum puto, quandò filie excluduntur favore masculorum &c. quia iste solus favor non sufficit, nisi etiam quantitas reservata filiabus succedat loco legitime, ut magis communiter tenent Doctores, si benè videantur in proposito articulo, & satis est, quod favor operetur, ut habeant totam hereditatem, si pater non disponat contrarium, vel saltem totam legitimam secundum numerum masculorum.*

Si ergò favor masculorum verificatur, absque numeratione fœminarum in calculo legitimæ, ad effectum demonstrandi, quod illam denegando, statutum esset odiosum, probari debet, quod esset præjudiciale jisdem masculis, ut admitit *R. P. D. Severol. in dicto num.* 29. 176

Hoc tamen præjudicium dessumi nequit ex eo, quod non acquirunt titulo legitimæ duas uncias hæreditatis, ultrà trientem, nam præsupposito supradicto amplissimo favore, recipiunt à statuto minorem favorem, quam si, in computum eorum legitimæ obtinerent sex uncias hære- 177

di-

ditatis, nullum tamen subeunt præjudicium, recipiendo pró legitima quinque filiorum trientem loco semissis, quià recipiunt commodum integræ successionis inteſtatę ut optimè *Paul. de Castr. in dicto consil.* 287. *numer.* 3. *vers. Maximè* ibi *Maximè quià ex hoc gravamine, quod habeantur prò mortuis sentiunt commodum in successione intestati; compensent ergò cum eo hoc incommodum, scilicet quod ex hoc restringatur legitima ad trientem secundum numerum masculorum*.

Maximè quià ad terminos statuti Urbis, masculi in nullo casu defraudantur supradictis duabus unciis, in quo, majori cum fundamento considerari posset damnum, &
178 præjudicium, dum ab inteſtato, vigore ejusdem statuti assequuntur integram hęreditatem, ideoque non intrat quæstio mensuræ, & detractionis legitimæ, ut observat *Peregrin. de fideicom. artic.* 36. *num.* 5. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *quest.* 1. *num.* 9. Pariter si Testator invitaverit masculos agnatos, consequuntur integram illius substantiam; Et si vocaverit fœminas, vel extraneos, ut dixi à num. 168. ad num. 172. legitima est semis.

Qua de causa cum masculi, in suprà recensitis casibus, qui contingere possunt, consequantur legitimam in semisse, vel in triente, sed id, quod à triente ad semissem non percipiunt titulo legitimæ, percipiant titulo hæreditario, & per consequens, nihil amittant de substantia defuncti, quam illis tribuit statutum prò conservatione agnationis, non curando, an perveniat ęqualiter, vel inęqualiter, & etiam per fideicommissum ad unum, vel omnes masculos agnatos, ut firmavi *sub. num.* 77. *§. Constat. igitur*, utique reiiciendo fœminas à calculo legitimæ,
179 cessat odiositas statuti, quià cessat damnum, & prejudicium masculorum, dum nihil amittunt de eo, quod prętendere possunt vigore statuti, ut explicando naturam juridici præjudicii in suis terminis, firmat *Duard. in Com. in Extravag. San. me. Pii V. de Cens.* §. 4. *quest.* 23. *num.* 1. 2. & 3.

Octavò

Octavò replicari poteſt, quod licet maſculi de agnatione, in caſu teſtamenti exarati eorum favore, conſequantur hæreditatem teſtatoris, & per conſequens ſentiant commodum exoptatum à ſtatuto, nihilominus evenire poteſt, quod attenta libertate, quam habent teſtatores diſponendi de propriis bonis, non omnes, ſed unus dumtaxat vocatus ad fideicommiſſum experiatur illam utilitatem, quam ſtatutum indefinitè tribuit omnibus maſculis, quodque, ſi omnes invitati fuerint ad fideicommiſſum, nihilominus ſentiunt minorem utilitatē, quam ſi id, quod ad eos pervenit, utì hæredes fideicommiſſarios, perveniret, utì legitimarios.

180 Ac propterea perpendendo æqualem, & omnium complexivam, ac magis amplam participationem beneficii ſtatutarii, dicendum eſſe favorem maſculorum primariò, & principaliter conſideratum, & volitum à ſtatuto, importare neceſſitatem numerationis fæminarum, juxtà vulgatam regulam, quod favores ſunt ampliandi, de qua *text. in l. Quod favore Cod. de legibus*, & authoritates, quas refert, & ſequitur *R.P.D. Severol. in dicto vot. num. 52*.

181 Solutio huius difficultatis pendet à voluntate ſtatuentium, quæ ſupponenda non eſt, ſed probanda, demonſtrando dd. Legiſlatores, ultrà ſuprà expoſita ampliſsima beneficia, impertiri voluiſſe maſculis etiam majora, ſcilicet ſupradictum, quod tamen probari non poteſt, ſtante quod contrarium reſultat à lege ab illis prolata in rubrica 145., & à primario fine eiuſdem legis.

182 Rubrica 145. mandat, quod *ipſæ filiæ fæminæ nuptæ in aliquo non ſuccedant Patri, ſed ſint contentæ dotibus prò eis datis*. Et infrà *idem juris eſſe volumus in filiabus, & neptibus non maritatis, nec dotatis &c. dummodò frater germanus, ſivè Patruus ſit paratus cum effectu dotare Sororem, ſeù Neptem ipſam de paragio*.

Deindè ſubdit, *quæ filię, vel Neptes ab una ex prędictis perſonis dotatę, vel ſi una ex prędictis perſonis ſit parata eam dota-*

183 *dotare, nec Matri, nec Avię ab intestato succedant*. Undè resultat statuentes demandasse exclusionem fœminarum à successionibus intestatis, & à qualibet illarum parte, attentis verbis supra relatis, *in aliquo non succedant*, illasque effecisse extraneas, etiam à calculo legitimæ favore masculorum, ut firmant authoritates allegatæ *à num.* 12. *ad* 16.

184 Nullatenus verò, quod voluerint, prout demandarunt earum exclusionem à numero succedentium, contemplando favorē masculorum, eodemque momento temporis illam noluerint, respiciendo eumdem favorem masculorum, hoc suadente pura, simplici, & absoluta exclu-
185 sione earumdem fœminarum, ac validissima ratione, quod si ità voluissent, disposuissent eo modo, vel consimili, quo disposuerunt in præcedenti capitulo 141. in quo, attenta successione dotium loco legitimæ, nulla adest controversia, fœminas facere numerum, & partem favore masculorum, ut testatur idem *Severol. in dicto vot. numer.* 9.

186 Cumque statuentes in dicta rubrica 145. non disposuerint fœminas mortuas successionibus prò se ipsis favore masculorum, nihilominus considerari in iisdem successionibus favore eorumdem masculorum, dici non potest habendas esse in consideratione in succesšione legitimæ, quià talis consideratio est proficua masculis.

187 Eademque occurrit responsio, respiciendo finem primarium eorumdem Statuentium, in eo constitutum, quod bona non exeant de agnatione, ac in illa remaneant penès masculos, ad hoc ut familiæ ab illis, cum divitiis, conserventur, ut monet *Constantin. in adnot.* 35. *ad cap.* 141. *artic.* 1. *num.* 1. quam rationem esse unicam, potissimam, præcipuam, & finalem, prò interpretatione hujusmodi statutorum, monet in *adnot.* 39. *ad dict. cap.* 145. *artic.* 1. *num.* 2. stante quod prò illius verificatione, & adimplemento, sufficit id, quod vigore statuti debetur masculis, ex portionibus fœminarum, ad unum, vel plures, & quo-

libet

libet modo ad eos pervenire, ut in terminis utriusque capituli firmant authoritates allegatæ *à numer. 52. ad 66.* quia in utrâque hæreditate Patris, ac Matris, de quibus loquuntur, eadem militat ratio, ut inquit *S.Rot. in dec.* 10. *num.* 19. *part.* 12. *rec.* 188

Dico igitur nullam adesse necessitatem numerandi fœminas, attenta dispositione statuti, quia cum illarum exclusio proveniat ab eodem statuto, à quò masculi recipiunt maximam utilitatem, si sentiunt id, quod est illis
favorabile, tenentur sentire etiam id, quod est contrà il- 189
los, & necessariò descendit ab ipso statuto, ut in individuò ponderat *Paulus de Castro in dicto consf.* 287. *num:* 3. *versic. Nullum inconvenienf.*

Idemque dicendum est attenta conservatione agna- 190
tionis, quæ est finis statuti, quia duæ unciæ, seù portiones fœminarum, quæ deberent assumere naturam legitimæ, remanent in agnatione, & non sunt id, quod Pater tenetur relinquere filiis ex necessitate juxtà firmat: *in dec.*
2119. *num.* 17. *coram Coccino*, ideoque seclusa numeratio- 191
ne fœminarum, masculi nullum subeunt damnum, & ad summum, ut supra dixi, experiuntur aliquod minus commodum, in quibus terminis non habet locum monitum *Severol. in dicto num.* 29. quod hujusmodi statutis ea danda est interpretatio, quæ non redundet in damnum, & odium masculorum, sed aliud *Peregrini de fideicommiss. in dicto artic.* 38. *num.* 24. §. *Tertio*, nempe statuentes habuisse in mente præhonorare masculos fœminis in successione intestati, nequaquam vero adeò restringere, & coarctare potestatem Parentum in testando, contra dispositionem juris communis, & statutum plurimum operari, si in calculo legitimæ non habeatur consideratio fœminarum.

Nonò non abii in contrariam sententiam, nèc adhæsi au- 192
thoritati *bo. me. Severoli*, cæteroquin eximii Doctoris; qui in dicto *responf. sub. num.* 14. propugnat feminas do- 193
tatas, licet simpliciter, & absolutè exclusas statutis, favo-

re masculorum à successionibus, & legitima, vel alia re-
succedente loco legitimæ, nihilominus facere numerum,
& augere legitimam masculorum, quotiescumque illis
expedit, & ita volunt, nam libratis fundamentis utriusque
sententię, ac rationibus suprà deductis, comprobatis
à gravissimis Doctoribus, ac Tribunalibus, eademque
194 S. Rota, Romana, illa, cui adhæreo, mihi visa fuit
verior, magis consona dispositioni juris, ac probabilior,
ideoque post accuratam discusionem, illam sequutus fui,
195 satisfaciendo muneri, quò obstringitur conscientia Judicis,
ad tradit. *per Fagnan. in cap. ne innitaris sua num.* 298.,
& 299. *cum. seq. de constitut.* & adimplendo Apostolicam
legem, quam à Vaticani Solio protulit Maximus, & Sanctissimus
Pontifex Innocentius hujus nominis Decimus
Primus, damnando inter 60., & quinque propositiones,
etiam infrascriptam, quæ est in ordine la 2. *Probabiliter
existimo Judicem posse judicare juxtà opinionem, etiam
minus probabilem.*

Haud prætermissis substantialissimis circumstantiis,
196 nempè quod laudatus Jurisconsultus in dicto voto non assumpsit
examen omnium difficultatum, quas suprà proposui,
quibus danda est congrua responsio; quod (ut suo
loco demonstrabo) quamplurimæ authoritates, in quibus
constituit maximum fundamētum, diversimodè loquun-
197 tur, ac intelligi debent, ideoque attendi debet juxtà terminos
supradictarum authoritatum, quas allegat, juxta
consuetam regulam, quæ adhibetur in interpretatione Doctorum,
àc decisionum, de qua *Rot. in decis.* 407. *num.* 45.
part. 9. *tom.* 2. *rec.*

Quodque in causa *Florentina DD. de Ferroniis*, in qua
ędidit suum responsum Marchio Franciscus, in testamento,
postquam declaraverat suas filias congruè dotatas
fuisse, illas instituerat infrascriptis verbis; *Nelle quali
198 doti, in quanto facesse di bisogno, l'instituisco in ogni miglior modo*,
ex quibus ipsemet *Severol. à num.* 46. *ad* 51. arguit illas à
testa-

testatore reputatas non fuisse extraneas, ac veluti non existentes, & mortuas, sed potius agnitas fuisse, & quodammodò cosideratas, uti suas, & extantes, ad hoc, ut non obstante dispositione statutaria, computari possent in numero liberorum, ad effectum faciendi partem favore masculorum, & in *seqq. num.* 52. *&* 53. ponderat dictum statutum prorsus exemisse dictum Marchionem Franciscum à necessitate instituendi filias, ideoque, cum illas instituisset, existimandum esse recessisse à lege statutaria, & respexisse jus commune, cujus attenta dispositione, Pater tenetur instituere in legitima, tam masculos, quam fœminas.

Et conclusio stabilita *à D. Severol. in dicto num.* 14. adversatur pluribus motivis, & opinioni ejusdem Rotæ Florentinæ, (cui maxima debetur existimatio, ob sapientiam, ac religionem Judicum, qui à Regali Ethruriæ Principum providentia, ad illam vocantur, ibique summa maturitate, ac doctrina jus reddunt) ut resultat ex responsionibus datis per eumdem *D. Severol. dd.* contrariis motivis *à num.* 54. *ad* 65. nec non *à num.* 66. *ad* 85. ubi totis viribus respondet motivo consuetudinis, diversimodè judicandi in dicto Auditorio, & ex *num.* 90. *&* 91. ubi refert opinionem firmatam in dictis motivis receptam fuisse à Curia Florentina, respondendo non esse attendendam ob rationes, quas adducit *num.* 91. *& seq.* 199 200

Ac post editum dictum votum, illius opinio communiter, & ab omnibus recepta non fuit, nam æquè doctus, & accuratus commentator nostri statuti *bo. me. Constantin. in adnot.* 35. *artic.* 2. *num.* 118. firmat fœminas facere numerum, & partem favore masculorum, esse effectum resultantem, ex eo quod dos succedit loco legitimæ, & posteà, *sub. num.* 121. *laudat dictum respons. Severol.* & ab illo firmata *sub. num.* 14. *& seq.* & per consequens tantummodò in terminis statutorum, in quibus dotes succedunt loco legitimæ, & dictum responsum, à num 6. & præcipuè 201 202 203

à num. 14. *& seq. & per tot.* intelligendum esse in eo sensu, quod fœminæ faciant, vel non faciant partem, quatenus magis expedit, & utilius est ipsis masculis, habita ratione ad numerum filiorum, & quantitatem dotium relictarum juxta contingentias casuum, monet *Gob. de succes. ab intest. observat.* 22. *num.* 14. 15. *&* 16 ac in terminis fœminarum exclusarum, dumtaxat à bonis dotantis *Sac. Rot. in dicta Romana, seù Savonen. successionis* 14 *Iunii* 1700. §. *Et sufficiat versic. hinc, non applicantur coram Reverendiss. D. meo Lancetta* ibi -- *atque hinc non applicantur authoritates in contrarium adductæ, loquuntur enim in casu, quò fœmina exclusa, dumtaxat legitur à bonis dotantis, tunc dubium non est, quod respectu aliorum bonorum faciat numerum ad commodum masculorum, & in hoc casu procedunt firmata per R. P. D. Severolum in ejus consultatione impressa post Card. Albicium de Inconst. in Judic. post dec.* 64. *num.* 14.

Decimò non subsistit, Doctores, & suprema Tribu-
204 nalia in iudicando, ferè perpetuò, & magis communitèr approbavisse, utì veriorem, & magis consonam dispositioni Iuris sententiam, quam propugnat *Severolus in dicto num.* 14., ùt ipse demonstrat quamplurimis authoritatibus allegatis in *dicto num.* 14., *&* 15. *per tot.*, quas paucis exceptis, recensebo eodem ordine, quo ibi allegantur.

205 *Bald. enim in leg. si Defunctus ambò C. de suis, & legit. hæred. num.* 1. firmat, quòd si statutum mandat filiam esse contentam dote, & dos sit minor legitima, id quod diminuitur, applicari debeat fratribus masculis,

Castrens. in eàdem leg. si Defunctus ambo, Cod. de suis, & legit. hæredib. num. primo, quod quando statutum excludit fœminas propter masculos, (si hoc non dicit expresè) videtur velle portionem fœminarum applicari masculis.

Fabian. de Giocchis in repetit. Authentic. novissima, C. de inoffic. testam. num. 216., *&* 217., in casu filię fęminæ dotatæ, & exclusæ à successione propter masculos, id quod re-

remanet supra dotem accrescere masculis.

Brunneman. in dicta repetit. Authen. novissima num. 4., non tractat articulum, de quo est quęstio, ibique non adest supradictus versic. *Ideoquè in simili quæstione allegat. in dicto respons.*

Alciat. in respons. 31. *lib.* 1. agit de solutione decimarum, sed in *respons.* 31. *lib.* 9. *num.* 12. firmat fęminas facere partem ad utilitatem masculorum, quorum favore lex municipalis illas excludit, & legitimam augeri ad semissem.

Soccin. Iun. cons. 25. *sub num.* 14. *versic. primo quia, ut dixi, & num.* 15. *tom.* 1. consuluit in casu, in quo aderat tantummodò masculus, & fęmina, ut videre est sub *num.* 1., ideoquè in terminis, in quibus erat superflua disputatio augumenti legitimę ex triente ad semissem, & *num.* 14. obiter admittit fęminas considerari, ad effectum augendi legitimam à triente ad semissem.

Castrens. in consil. 286. *sub num.* 4. *vers. Prædicta, & vers. Ex hoc dico vol.* 1. firmat filias in successione Patris augere legitimam de triente ad semissem, quia in illo casu non fuerant totalitèr exclusę à bonis paternis, sed debebant dotari, ideòque reputari non poterant mortuę, & extraneę, & portio illis debita ab intestato redacta fuerat ad dotem.

Et in versic. *Ex hoc ità consuluit, diviso semisse inter masculos, & fœminas, si portio fœminarum erit sufficiens prò dotibus computabitur in dotem, & si dos erit minor portione legitimæ, residuum legitimæ accrescit Masculis.*

Cephal. in consil. 245. *lib.* 2. *sub num.* 30. firmat filiam computari inter liberos, quandò illius dos subrogatur loco legitimę, & *sub num.* 37. dicit, quòd si filię exclusę habent dotem parvam, augent numerum filiorum, & legitimam à triente ad semissem, & id quod superest, computata dicta parva dote, accrescit masculis, quia in hoc casu computatio fœminarum prodest masculis, & è

con-

contrà, si legitima masculorum non efficeretur pinguior, proùt eveniret in casu, in quo dotes fœminarum essent amplæ, tunc connumerari non debent inter filios, & *sub num.* 39, filiam habendam esse pro mortua, quandò simpliciter excluditur, secús verò, quando requiritur quod sit dotata.

Cassen. in cons. 53. *colum. penult. in fin.*, *&* *colum. seq. sub num.* 74. proponit dubium, an filia religiosa, quæ renunciavit mediante dote, faciat partem ad effectum augumentandi legitimam á triente ad semissem, ac testatur *Bartholum* illam resolvere affirmativè, ac ità communiter tenere *Baldum*, & hanc opinionem esse magis communem, & approbatam ab omnibus, *&* *sub num.* 7. determinat aliam quæstionem, scilicèt portionem exclusorum, qui, utpotè incapaces, non admittuntur ad partem, licet faciant partem, accrescere capacibus, quibus debetur legitima, adducendo rationem, quia in iure accrescendi portiò, non acquiritur personæ, sed portioni.

Paris. in cons. 36. *num.* 28. *cum duobus seqq. lib.* 2. firmat, quód si statutum excludit fœminas contemplatione masculorum, iuxta magis communem opinionem, fœminæ faciunt partem ad commodum masculorum, quorum contemplatione excluduntur.

Bursat. in cons. 92. *num.* 37., *ac* 38. *lib.* 1. proponit quęstionem, an legatum dotis relictum filiæ exclusę à statuto detrahi debeat, utì ęs alienum ante legitimam, vel potiùs post æs alienum, ex toto patrimonio detrahi debeat legitima ante dotem, itaùt dicta dos imputanda non esset in legitimam, nec in patrimonium, *&* *num.* 39., *&* 40. concludit dictam filiam, vel facere partem in computatione legitimæ masculi, & per consequens summam, in qua legitima filiæ excedebat dotem accrescere masculo, attento statuto Mantuæ excludente simpliciter fœminas dotatas, etiam ab actione petendi supplementum, quandò concurrit testamentum, necnon etiam, quia in testamen-

mento instituta fuerat in re certa, vel si non facit partem, quia deficit numerus masculorum, aut illorum favor, tùnc ex tota hereditate detrahendam esse dotem, postea verò detrahendam esse legitimam filii, uti tertiam partem totius hereditatis.

Corneus in cons. 197. *num.* 1. non tractat articulum, de quo est questio.

Decian. in cons. 46. *lib.* 3. *sub num.* 22, 26. 29., *&* 30. agit de dote reservata loco legitime, *& sub num.* 26., *&* 30. firmat, quòd quando dos, sivè preservatum succedit loco legitimæ, iuxta communem sententiam, fœminæ computantur in numero filiorum.

Laderch. in cons. 12. *num.* 1. non tractat præsentem articulum, *& in cons.* 126. *num.* 6. *vers. cæterùm*, in suo casu firmat tantummodò fœminas exclusas favore masculorum, computari in numero, & augere legitimam favore eorumdem masculorum.

Curt. Iun. in cons. 268. *lib.* 3. *num.* 17. in terminis, in quibus statutum demandaret dotatam à Patre, non succedere in hæreditate Materna, tùnc existimat filiam exclusam non numerari in computatione legitimæ, è contra verò, si statutum totaliter non excluderet filiam extanti bus masculis, sed vellet eam dotari ex facultatibus paternis, & in hoc casu non succedat cum masculis, ut demandant statuta Mediolani, tunc tenet filiam computari; *sub num.* 22. affert Doctores distinguentes inter filiam totaliter non exclusam, & filiam totaliter exclusam, quæ habetur prò mortua; *& sub num.* 29. concludit in terminis Statutorum Mediolanensium veriorem esse opinionem dicentium dotem succedere loco legitimæ.

Adden. ad cons. Alexand. 36. *lib.* 7. *litt. D.* adhibet tantummodò infrascripta verba -- *dic brevitèr, quòd huiusmodi filiæ non computantur ad minuendam legitimam, & sic Alexander hìc rectè loquitur, dummodò omnes filii, & filiæ sint infra quinque, aliàs secùs.*

Hon-

Honded.in conf. 1. *lib:* 2. *sub n.* 104. dicit, conclusionem, quòd, qui non admittitur ad partem, habetur prò mortuo, & non facit partem, procedit in illo, qui nullius contemplatione excluditur, nequaquàm verò, quando excluditur contemplatione masculorum, ut in casu, in quo scribebat idem *Hondid.*, & tùnc non haberi prò mortuo, nisi quatenus concernit favorem masculorum, & facere partem, ad hoc ut illa acquiratur masculis, quorum contemplatione excluditur; *sub num.* 105. iuxta opinionem magis receptam, fœminas facere partem, & augere portionem masculorum, quando prodest masculis, quorum favore excluduntur; *num.* 106. dictam opinionem eò magis tenendam esse in terminis decreti Ducis Urbini, quod non excludit fœminas perpetuò, sed dumtaxat temporalitèr, donec superfuerint masculi.

Camill. Mediç. in conf. 167. *à num.* 1. *ad* 3. examinat quæstionem, an filia dotata in vita Patris, connumeranda sit in numero filiorum in liquidatione legitimæ, refert utramque opinionem, *& sub num.* 3. *in fine* concludit; *Undè quamcumque opinionem teneamus, eumdem effectum parit; nam si non facit partem, habeo intentum, vel si facit partem, conferatur in patrimonio dos data ducatorum* 2. *mil.*, *& similiter habeo intentum, immò maior liquidabitur legitima Magnifici Cæsaris.*

Capyc. Galeott. in addit. supradicti conf. num. 7. adhibet infrascripta verba — *Quoad primum articulum nulli dubium, quin secunda opinio, quòd fœmina faciat partem, licet fuerat dotata, & renunciaverit successioni Paternæ, collata tamen dote, sit magis communis, & in Sacro Consilio habetur prò indubitabili.*

Eugen. in conf. 33. *num.* 70. *&* 71. *lib.* 1. firmat sorores exclusas ab integra legitima, ex dispositione statuti Perusini, augere, ac impinguare legitimam fratris, & facere numerum; & partem commodo masculorum, quorum contemplatione excluduntur, & non admitti ad partem,

quia

quia masculi censentur vocati ad illam partem, quam habituræ fuissent Mulieres exclusæ; *in conf.* 35. *lib.* 1. dato ab eodem Authore, in eâdem causa, *sub num.* 4. protestatur statutum Perusinum aliquid præservare fœminis, ideòque illas, iuxta magis communem sententiam, considerari non posse utì mortuas, & posteà *sub num.* 9. firmat legitimam fœminarum exclusarum à statuto ob remotionem obstaculi, accrescere masculis, *& sub num.* 10., id quod statutum aufert à fœminis, impinguare legitimam masculorum.

Rovit. in conf. 70. *num.* 1., *& seqq. lib.* 1. facit solùm mentionem articuli, & in suo casu non intrabat disputatio augumenti legitimæ à triente ad semissem, quia computatis etiam fœminis, aderant tantummodò quatuor filii, ut videre est *sub d. num. primo*.

Altimar. in addit. supradicti consilii sub num. 4., *&* 7. probat, utì veriorem, & magis communem opinionem dicentium fœminas facere partem, licet non admittantur ad partem, positis tamen in augumentum dotibus habitis ab ipsis fœminis exclusis.

Maspurgens., *seù Hermannus Vulterius in conf.* 29. *sub num.* 128. *volum.* 1. §. *Et quamvis*, firmat quæstionem egregiè disputari posse in utramque partem, ipsum tamen decisivè existimare filias exclusas facere partem masculis in legitima, ideòqué legitimam esse semissem, nullam tamen adducit rationem, & protestatur se se referre responsis suorum Præceptorum, *Cæphal. in conf.* 245. *lib.* 2., *& Tiber. Decian. in conf.* 46. *volum.* 3., & traditis ab *Andrea Gaill. in obseru.* 122. *num.* 17.

Nicol. Catan. in conf. 19. *num.* 2., *&* 4. fœminas augere legitimam, quodque si fœminæ simplicitèr excluduntur, & dos non succedit loco legitimæ, illæ non faciunt partem, ad effectum, ut dos detrahatur ex legitima, sed nihilominùs faciunt numerum, ad effectum, ut legitima transeat dè triente ad semissem ad commodum mascu-

lorum, aùt masculi per ius non decrescendi habeant integrum semissem, ideòque etiàm id, quòd habituræ fuissent, fœminæ, si non fuissent exclusæ; Et *sub n.* 5. eò magis, & indubitantèr hoc procedere in casu, in quo scribebat quia statutum non excludebat fœminas absolutè, & perpetuò, sed temporalitèr tantùm, donec superfuissent masculi.

Sodarin. in respons. 43. *num.* 2. *vers. quod si ideò, & numer.* 3. 5., & 6. allegat *Belion. de iur. accrescen. in cap.* 16. *quæst.* 15., & firmat fœminam exclusam à successione augere legitimam fratrum, licet non admittatur ad partem, sed in casu, in quo scripsit, statutum non constituebat fœminas civiliter mortuas, & expresè demandabat illas facere partem, ad commodum masculorum, ut apparet *ex num.* 4., & 28.

Brun. de statut. fœminarum exclusiu. art. 13. *quæst.* 3. *num.* 44. filium gravari non posse in legitima aucta per statutum; *sub num.* 45 loquitur in terminis, in quibus excluditur filia dotata, stantibus masculis, & in casu, in quo adsit masculus, unà cum filia dotata, & alia non dotata, & proponit quæstionem -- *an legitima masculi sit maior legitima filiæ non dotatæ, & an portio dotatæ acquiratur masculo*; *sub num.* 45. firmat portionem filiæ exclusæ, propter dotem applicari masculis, & filiæ non dotatæ, ideòque non exclusæ deberi tantummodò illam portionem, quam habuisset filia exclusa, si successisset.

Boss. in tit. de bonor. publicat. num. 2. in terminis 5. filiorum, inter quos adsit filia exclusa à statuto, vel filius prorsus incapax, proùt esset addictus Religioni Fratrum Minorum, firmat, iuxta communem conclusionem non facere partem, & legitimam esse trientem; in *versic. sic aliud videri*, agit de filia dotata ex forma statuti, & penitùs non exclusa; *in vers. tamen* dicit huiusmodi materiam pendere ab articulo -- *an dos succedat loco legitimæ*, & in *vers. undè quod*, firmat filiam habentem dotem iure

suc-

successionis; facere partem ad commodum masculorum, quià portio deficiens accrescit masculis, è contra verò illam, quę non habet dotem iure successionis.

Tort. ad statut. Papiæ in adnot. ad rubr. 95. num. 201. firmat, quòd quando computatio filiarum est favorabilis masculis, legitima masculorum augetur, & sub *num.* 202., filiam penitùs exclusam à statuto non facere partem, & illam facere, quando statutum excludit tantummodò dotatas, quia tunc habentur, ac si succederent; *&* *num.* 204. difficultatem huius quæstionis pendere ab eo, *an dos succedat loco legitimę.*

Cras. in recept. sentent. §. *Legitima quęst. 7. sub num.* 4. *versic. Aut verò*, firmat fœminas ampliare numerum, & supplementis suarum legitimarum impinguare portiones masculorum, sed in *versic. moventur,* dicit Doctores moveri ex eo, quod in illo casu dos succedebat loco legitimæ, & filiæ dotatæ non desinebant esse dè liberis, saltèm quoad effectum calculandi legitimam, & secus esse, quando simplicitèr excluduntur, & ab intestato habent dotem, quià tunc illa non succedit loco legitimæ.

Petra de fideicommiss. quęst. 15. *num.* 144. firmat fœminas, & alios exclusos à statuto augere legitimam dè triente ad semissem, & illarum portiones accrescere aliis non exclusis, sed in *versic. Et sic*, protestatur se loqui de exclusione non omnimoda, sed tantummodò ab universali successione, & in *versic. Et hoc*, dicit hoc procedere, *nisi statutum exclusivum, de quo supra, simpliciter excluderet, puta filiam non contemplatione agnatorum, secùs si eam excludit dotatam, vel dotandam contemplatione masculorum.*

Kellenbentez. de renunc. success. quæst. 37. sub *num.* 11. firmat legitimam 4. liberorum esse semissem, quià filia facit partem, sed *in num.* 15. loquitur de filia simpliciter non exclusa à successione, quę mediante perceptione do-

H 2

dotis participabat de legitima.

Merlin. de legit. lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 34. dotem succedere loco legitimæ, quandò hoc expediret masculis, proùt eveniret, si fœminæ facerent partem, ad effectum augendi legitimam usque ad semissem.

Idem Merlin. de legit. eodem lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 29. & 30. pariter, ut supra, loquitur in terminis, in quibus masculis expediret dotem succedere loco legitimæ, ut eveniret in casu, in quo fœmina faceret partem, ad effectum augendi legitimam, ubi non recedit ab opinione firmata *lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *num.* 10. & *seqq.*, ut videtur supponere *D. Severol. in dicto num.* 14 *circà med.*

Gaspar. Manz. de legit. quæst. 4 *num.* 41. firmat filiam exclusam à statuto computari in numero liberorum, & facere partem, ità tamen, ut subducatur quod habuit in dote, & residuum, quod illi deest ad supplementum legitimæ, & illi debetur ultra dotem ratione legitimæ, accrescat masculis, & reddit rationem, quià statutum, super quo scribebat, non excludebat filias simplicitèr, & absolutè, sed tantummodò à successione intestata, testando, in reliquis, non censeri exclusas, ideoque filias dotatas non desiisse esse de liberis, saltem quo ad effectum calculandi legitimam, quodque in illo casu, dos succedebat loco legitimæ & *num.* 50. fœminas numerari, si prosit masculis.

Peregrin. de fideicommiss. in artic. 38. *num.* 24. refert opinionem Alexandri, qui tenet fœminas facere numerum, si magis expedit masculis, pròut eveniret si dotatæ non fuerint, nec dotari debeant, vel dotatæ fuerint cum parva dote, & non facere numerum, si non expedit masculis, ùt eveniret, si unus esset masculus, & 4. fœminæ, in quo casu masculo magis expedit habere trientem, & postea concludit secundam opinionem illi visam fuisse æquam, & rationabilem.

Et sub eodem *num.* 24. §. *Quo circa* testatur ipsum scriben-

bentem in Causa obtinuisse judicari filias facere numerum, ad effectum detrahendi semissem ad commodum masculorum gravatorum fideicommisso, & in proximè sequenti §. *At in aliis Causis* testatur obtinuisse judicari fœminas exclusas non augere numerum, & masculos detrahere integrum trientem, prçventivè tamen deductis dotibus filiarum, uti ære alieno; & in immediatè sequenti §. *Secundò* assignat rationem, quià diversimodé judicando, sequerentur absurda intolerabilia, nam filiæ haberent de asse paterno earum dotes, filii masculi ex eorum, & filiarum personis detraherent integrum semissem, ac ulterius aliam quartam prò trebellianica, adeout Patrimonium exhauriretur detractionibus deindè in §. *At in aliis causis*, *in* §. *Secundò*, *in* §. *Tertiò*, *&* *in* §. *Nec obstat*, adducit convincentissimas rationes, quibus probat fœminas considerandas non esse in calculo legitimæ.

Peregrin. allegat. à d. Severol. in cons. 106. *lib.* 1. ad effectum clarius probandi, quæ fuerit opinio *eiusdem Peregrini in artic.* 38. *in dicto cons.* 106. non tamen *lib.* 1. *sed* 2. & in eodem *num.* 13. *& sequen.* in quibus allegatur, agit quæstionem diversam, nempè an præsupposito, quod frater uterinus, in successione Matris non excludat sororem uterinam, portio alterius sororis, utrinque coniunctæ cum uterino, penitus exclusæ à fratre utrinque coniuncto, applicetur in totum ejusdem fratri, ut videre est *à num.* 12. *ad* 16.

Calvin. de æquitat. lib. 1. *cap.* 87. *à num.* 5. *ad* 9. firmat sibi videri çquiorem, & veriorem sententiam, fœminas exclusas á successionibus mediante dotatione in liquidatione legitimæ fratrum, facere partem favore masculorum, illam impinguando à triente ad semissem, *&* *num.* 11. *&* 12. affert duplicem rationem scilicet, quià fœminæ excluduntur tantummodò contemplatione, & favore masculorum, earumque dotes succedunt loco legitimæ.

Bel-

Bellon. de jur. accresc. in cap. 6. quaest. 15. à num. 71. ad 79. firmat contrariam sententiam *& num. 71. §. Quintus casus* loquitur de statuto, quod nihil reservat, & simpliciter, & absolutè excludit filiam non dotatam, & mandat illam dotari, ac in terminis in quibus de jure, debet dotari, ut in successione Patris, *ac sub. num. 79. §. Ex quo intelligimus* firmat filiam numerandam esse inter liberos, ad effectum augendi legitimam à triente ad semissem.

Verùm sub praecedenti *num. 65.* refert opinionem Doctorum firmantium filiam à statuto exclusam non facere partem, aut numerum in legitima, si statutum illam simpliciter excludat, & posteà mandat dotari, *& num. 66. in principio* dicit hujusmodi opinionem esse ità receptam, ut difficile sit contrarium obtinere in judiciis, & posteà sub eodem *numero* 66. firmat contrarium, *ac sub. num. 71. §. Quintus Casus* fatetur ferè omnes Doctores existimare filiam in computatione legitimae considerari non posse, tamquam si non esset in rerum natura.

Idem *Bellon. sub. num. 76. & 77. §. Sextus Casus* loquitur de statuto simpliciter exclusivo filiae, ac in terminis, in quibus, etiam de jure communi non debet dotari, ut in successione Matris, *ac sub num. 79. §. Ex quo intelligimus* concludit filiam numerandam esse inter liberos ad effectum augendi legitimam de triente ad semissem.

Pariter, etiam in hoc 2. casu, testatur omnes Doctores, immò multò magis, tenere legitimam masculorum computandam esse, nulla habita ratione dictae filiae per indè, ac si non esset in rerum natura, ut apparet ex *num. 76. & 77. §. Sextus Casus, & sub num. 79. in principio* ad hibet infrascripta verba, *& ità nostri frequentius tradiderunt.*

Ideoque idem *Bellonus* admittit se in utroque casu sentire contra communem.

Hunnius in Encycloped. Jur. part. 4. tit. 11. quaest. 4. sub *num. 17.* in casu, in quo statutum simpliciter excludit filias,

lias, & non confiderat, an fuerint dotatæ, fed jubet illas exclufas dotari, firmat illas haberi prò mortuis, & non augere numerum liberorum; *fub num.* 18. *&* 19. fi ftatutum non excludit filias fimpliciter, fed filias dotatas, tunc dotes venire in computatione legitimę, & augere numerum filiorum; *fub num.* 22. *&* 23. filiam, quæ renunciavit legitimæ, nihil accepto à Patre, non computari in numero liberorum, è contrà verò fi renunciavit futuræ fucceffioni recepta dote, vel aliquo alio prò fua legitima, tunc augere numerum filiorum.

Pafchal. de virib. Patr. poteft part. 2. *cap.* 4. *fub numer.* 28. proponit articulum, an filia exclufa per ftatutum à fucceffione paterna ftantibus mafculis, faciat partem in computatione legitimæ, & teftatur varias effe opiniones Doctorum, fed Sacrum Confilium tenere prò indubitabili opinionem, quod faciant partem, quamvis non admittantur ad partem, *&* *num.* 29. Sacrum Confilium liquidare legitimam, habito refpectu ad numerum filiorum inclufis mafculis, & fœminis, & ad dotes datas per Patrem filiabus fœminis.

Bottiglier. de fucceff. ab inteft. cap. 1. *teborem.* 15. *num.* 4., *&* 5. tenet, & teftatur Sacrum Confilium femper refolviffe forores exclufas facere partem in liquidatione legitimæ, & fe refert ad authoritatem *Bellon. in dicto cap.* 6. *quæft.* 15. *per tot.*

Michalor. de fratrib. part. 1. *cap.* 33. *num.* 10. *verf. ac propterea crederem*, figurat Patrem habentem in bonis decem millia, & duos filios, ac tres fœminas, quibus reliquerit, prò earum dotibus fcuta bis mille prò qualibet, quodque alter ex mafculis confequi debeat tantummodò legitimam, & in his terminis, ponderando, quod ftatutum exclufivum fœminarum poffet effe damnofum mafculis, concludit fe credere fœminas dotatas, vel dotandas facere, vel non facere partẽ, & illarum dotes detrahendas, vel non detrahendas effe prius uti æs alienum, prout effet uti-

utilius ipsis masculis, habita ratione ad numerum filiorum, ac quantitatem dotis, omissa disputatione, an dos succedat, vel non succedat loco legitimæ, quià in omni casu, verum est dicere dotem deservire debere fœminis prò legitima, & prò omni eo, quod pretendere possent.

Baitell. de ultim. volunt. dec. 9. num. 48. refert opinionem, quod fœminæ faciunt partem, ad hoc ut masculi consequantur semissem, *sed in num.* 61. protestatur se agere de dote reservata loco legitimæ, & concludit, quod cum stet loco legitimæ pertinet ad partem, quodque statutum, super quo scribebat, non excludebat fœminas simpliciter, sed aliquo dato, quodque in illis terminis fœminæ juxtá communem sententiam faciunt numerum, & partem.

Tor. de pact. futur. successión. lib. 2. cap. 47. sub num. 31. firmat exclusionem fœminarum inductam favore masculorum non debere retorqueri in illorum odium, & sub *num.* 47. filiam facere partem quando est utile fratribus.

Innocent. de successión. municipal. quæst. 32. sub numer. 7. versic. Conclusio est firmat fœminas facere numerum, & partem favore masculorum prò augumento legitimæ, & se fundat in eo, quod finis statuti erat favor masculorum, qui verificari non poterat, nisi fingendo fœminas habere partem in legitima ad commodum masculorum.

Card. de Luc. de legit. disc. 2. sub num. 2. affert conclusionem, quod ubi statutum excludit simpliciter fœminas, illasque facit extraneas, & dos non succedit loco legitimę, ut evenit in Statuto Urbis 145. ad differentiam Statuti 141. masculi habent arbitrium numerandi, vel non numerandi, prout illis magis expedit, *sed num.* 5. probat potiores esse partes illius, qui volebat fœminas non numerari, & affert rationem, quiá ubi statutum est simpliciter exclusivum, adeout fœminæ reputentur extraneæ, & dos non succedit loco legitimæ, tunc regula est fœminas non numerari.

Gra-

Gratian. discept. forens. cap. 676. *sub. num.* 9. inquit, in hac quæstione multos insignes Doctores, ob illius difficultatem nescivisse prò qua parte consulerent, & scribentes intricatè loquutos fuisse, & quasi labyrinthum ingressos, non reperiisse viam regressus: *sub num.* 10. Judices, attentis authoritatibus,& conflictu rationum,absque reprehensione amplecti posse,tàm unam, quam aliam sententiam; *sub num.* 11. quod si inhęrendum esset authoritatibus, & rationibus, prævaleret prima opinio, & adducit rationem infrascriptis verbis, *quià filia non excluditur simpliciter per statutum, sed sub conditione quod fuerit dotata*, idcirco concludit ęquius esse, ut faciat partem, illamque haberi, ac si succederet.

Et sub *num.* 12. *allegat. ab R. P. D. Severol.* testatur, Rotam tenere filias augere numerum filiorum, itaùt faciant transire legitimam de triente in semissem, & illud, quod statutum tollit filiabus, accrescere masculis, impinguando eorum legitimam, quiá licet fœminæ excludantur à statuto propter masculos, nihilominus talis exclusio est favorabilis masculis, ideoque operatur fœminas facere partem commodo eorumdem masculorum.

Carolus Anton. de Luc. in animaduers. ad dictum cap. 676. allegat. à *num.* 7. ad finem, in §. *Alius casus est*, hæc habet, *alius casus est, quando statutum excludit filiam, etiam non dotatam, sed mandat dotari, & tunc quia filia non succedit ab intestato, plerique volunt eam non esse computandam in numero filiorum, nec partem facit, nec numerum, sed ut æs alienum dos erit deducenda, Facchin. lib.* 4. *cap.* 31. *Crass. num.* 4. *quam plures congerit, Bellon. num.* 64. *ubi hanc opinionem appellat receptissimam, ità ut difficilè sit in iudiciis contrarium obtinere.*

Gratian. discept. forens. cap. 594. *num.* 21. *&* 22. firmat duas fœminas, licet exclusas à Statuto Urbis facere partem favore masculorum, quià excluduntur illorum commodo.

Carol. Anton. de Luc. in animadverſ. ad dictum cap. 594. *ſub num.* 7. §. *Similia ſtatuta*, refert opinionem *Michelor. de fratrib*, qui tenet fœminas dotatas, vel dotandas facere, vel non facere partem, proùt eſt utiliùs maſculis, ibique figurat duos caſus, in quibus numerando fœminas, ſtatutum excluſivum fœminarum eſſet damnoſum maſculis, & in duobus ſubſequentibus §§. firmat videri Rotam adhęrere opinioni *Michelori*, & in immediatè ſeq. §. *Iuxta*, concludit, iuxta ſupradictam opinionem, filiam computandam, vel non computandam eſſe in numero liberorum, proùt erit utiliùs maſculis.

Et ſub num. 8. §. *Statutum*, dicit minorem dubitationem eſſe, quando agitur de ſtatuto, quod excludit filiam, & mandat illam dotari, & adducit rationem, quia ferè omnes fatentur dictam filiam habendam non eſſe in conſideratione in computatione legitimæ, ſed ſpectandum eſſe tantummodò numerum maſculorum, quia cùm dicta filia excluſa fuerit ab inteſtato, exindè ſequitur excluſam fuiſse etiam à legitima, quæ eſt pars ſucceſſionis inteſtatæ, ideòque conſiderandam eſſe tamquàm ſi non eſſet in rerum natura, & illius dotem deducendam eſſe utì æs alienum, & hanc ſententiam videri receptiſſimam.

Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. *cap.* 28. *num.* 9. firmat, dotem filiæ ſuccedere loco legitimæ, ſi hoc expediat filiis maſculis, & ſtatutum excludat fœminas favore maſculorum.

Hartman. Piſtor. quęſt. Iur. tom. 4. *quæſt.* 8. *num.* 8., *&* 9. obiter tractat articulum, de quo eſt quæſtio.

Berlich. concluſ. practicab. part. 3. *concluſ.* 12. *de quantitat. legitimæ in n.* 37. dicit legitimam eſſe ſemiſſem, ſed in *verſ. Tùm quia* expreſsè teſtatur ſtatutum non excludere filias ſimplicitèr, & abſolutè, ſed dumtaxat à ſucceſſione inteſtata, & in ſubſequenti §. *Paritèr*, *verſ. Tum quia*, quandò dos filiæ ſubrogatur loco legitimæ, veram eſſe ſententiam illam computari in calculatione legiti-

mæ,

mæ, & *in seq.* §. *Sed*, concludit in suo casu filiam non excludi simplicitèr, sed esse dotandam, & tunc illam dotem succedere loco legitimæ.

Capyc. Galeott. controu. 16. *num.* 37. *lib.* 2. refert tantummodò existimatum fuisse clarissimum articulum, quòd sorores computandæ essent in numero filiorum, *collatis dotibus*.

Cyriac. controu. 610. *tom.* 4. *sub num.* 44. 45., & 46. firmat legitimam ascendere ad semissem, etiamsi filiæ sint exclusę, potissimè quia agnitæ fuerant pro suis à Testatore, mediante relicto dotium titulo institutionis, & in illo casu firmat, iuxta magis communem sententiam, legatum succedere loco legitimæ, & fœminas facere partem ad commodum masculorum.

Montan. controu. 48. *sub num.* 1. testatur in Regno Neapolitano receptam esse opinionem, fœminas facere partem aliis, & computari in numero filiorum in liquidatione legitimę fratrum, vel sororum, collatis tamen dotibus datis á Patre.

Caren. resol. practic. 97. *num.* 6. & 7. refert simplicitèr opinionem Doctorum dicentium portionem filiæ exclusę à statuto propter masculos accrescere masculis, quorum favore fuit exclusa, quia ab eo fonte, à quo nascitur exclusio fœminarum, oritur inclusio masculorum.

De Marin. variar. resolut. lib. 1. *cap.* 252. *sub nu.* 3. adhibendo verba *apud nos*, scilicet (ut verisimilitèr intellexit) in Regno Neapolitano, admittit pro indubitato, fœminas connumerari favore masculorum in augumento legitimæ de triente ad semissem, & *sub num.* 10. tractat quæstionem, an augumentum cedat commodo fideicommissi, & referendo opinionem *Roviti*, firmat id, quod aufertur à fœminis non accrescere hęreditati, sed legitimæ masculorum, ideòque fratribus, utì fratribus, non utí hæredibus.

Carol. Anton. de Luc. in melioration. de Marinis ad resolut. 252. *à num.* 1. *usque ad fin.* tractat articulum, ac tantummodò *sub num.* 5. post relatas plures opiniones, concludit per hæc verba, *Recepta demùm, & rerum iudicatarum authoritate comprobata opinio est legitimam liquidari debere, habito respectu ad numerum omnium filiorum, inclusis masculis, & fœminis, ut ex dotibus augeatur hæreditas, & fiat unicum patrimonium, prout si successissent ab intestato, aggregandæ, & conferendæ essent dotes; Undè si sunt tres filii, inclusa fœmina, deducitur tertia tertiæ partis pro quolibet ex illis duobus masculis, ut &c., & hanc opinionem indubitabilem in Regno tradit &c.*

Rosa consult. 29. *num.* 8. testatur in Regno esse receptam opinionem, quòd in liquidatione legitimę, filiæ etiam dotatæ in vita Patris faciant partem, & computentur in numero filiorum, necnon nonnullos Doctores ab illo relatos defendere dictam opinionem esse veriorem, etiam de iure communi.

Rodulphin. in allegat. 130. scripsit in quádam *Romanæ legitimæ* favore cuiusdam Hyacinthi, & *sub num.* 1. firmat fœminas augere legitimam ad semissem, ac ibi agebatur de bonis Maternis, ut apparet *ex num.* 2., & in illo casu Mater agnoverat filiam in suam, mediante relicto certæ rei, iure institutionis, facta mentione legitimæ, In *allegat.* 131. emanat. in eádem Causa, *sub num.* 2. firmat attendendum non esse, dotem non succedere loco legitimæ, vel dotem non deberi ex bonis Maternis, quia semper militat favor masculorum consideratus à statuto, & *nu.* 6. Parentes posse recedere à statuto, relinquendo legitimam, vel aliquid prò legitima, reducendo successionem ad terminos iuris communis.

Roc. select. Iur. disput. tom. 2. *cap.* 117. *num.* 18. firmat, quòd ad effectum faciendi partem prò augenda legitima masculorum, dos fœminarum succedit, vel non succedit loco legitimæ, proùt magis expedit masculis &c.

Ricc.

Ricc. in collect. decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ 3849. *vers. sed an filiæ*, dicit tantummodò filias à statuto exclusas facere partem.

Carol. Anton. de Luc. in observ. ad decis. 549. *Vincent. de Franch. dicto num.* 3., firmat legitimam liquidari debere, habito respectu ad numerum omnium filiorum, inclusis masculis, & fœminis, itaùt, ex dotibus augeatur hæreditas, & faciat unicum patrimonium, ac in præcedenti *num.* 2. testatur in Regno Neapolitano statutum simplicitèr non excludere, sed aliquid reservare filiabus, scilicet dotem, & in his terminis proponit quæstionem, an faciant numerum, & partem, *ut in dicto num.* 1. *§. Variæ sunt*.

Tapias decis. Sac. Consil. 44. *num.* 5. refert tres adesse opiniones in quæstione, an filia dotata in taxatione legitimæ faciat partem, licet non admittatur ad partem, & tunc in Regno receptam fuisse opinionem affirmativam, *&* *nu.* 6. illam non facere partem, in liquidatione vitæ, & militiæ.

De Marin. in observ. àd Reverter. decis. 1. *num.* 3. firmat filiam facere partem, dummodò aliquid receperit prò sua portione, secùs autem si nihil receperit, quia tunc habetur prò mortua.

Boer. decis. 104. *sub num.* 10. filiam exclusam in computatione legitimæ facere partem, & alios excludere, ac si totaliter succederet, licet non admittatur ad illam partem, & illius portionem non accrescere aliis fratribus, sed remanere hæredi, *& sub eodem n.* 10. *§. Vel si*, exemplificando dicit, quòd si essent quatuor filii, & una filia, ipsa filia auget quantitatem legitimæ aliorum, quia admittitur ad partem, & facit partem fratribus, quia computata filia, & illius parte, illorum legitima erat semis, & *versic. Et ità*, concludit ita dicendum esse, quatenùs filia dotata, vel quæ debet dotari, ut excludatur à statuto, vel consuetudine, non sit penitùs exclusa à sua legitima, quam vi-

videtur habere in dote, sibi constituta, vel constituenda, & n:11: firmat secundum *Bald.* difficultatem huius quæstionis pendere ab eo, an dos, quę datur filiæ succedat loco legitimæ.

Guidopap: in decis. 295. tractat quęstionem, an filius familias, qui quietavit cum iuramento bona Paterna, numeretur inter liberos, adeòut faciat partem in legitima, licet non admittatur ad partem, ut videre est *num. primo in principio, & sub eodem num. primo in fine* concludit esse magis communem opinionem affirmativam, quam sequitur *Petrus Iacobus in tit. de cond.*, & in Curia Parlamenti iudicatum fuisse cum dicta opinione, ut videre est *sub num.* 1. *in princip. & fine*.

Ferrer. ibidem in addit. vers. verior tamen, firmat esse veriorem opinionem illorum, qui putant filiam exclusam à statuto facere partem, licet ad illam non admittatur, & assignat rationem infrascriptis verbis – *nam quamvis filia statuto excludatur, tamen ei relinquenda est dos, vel legitima, ut voluit Boer. quęst.* 104. *num.* 9. 10. 11.

Borgnin. Cavalcan. in dec. 8. *num.* 7. *part.* 3. loquitur de legitima Matris, quæ reliquerat filiabus dotem in testamento, & firmat legitimam esse semissem, quià in illo casu simpliciter exclusæ non fuerant.

Grivel. dec. 34. *num.* 18. & 19. non tractat hujusmodi articulum, sed *sub num.* 60. loquitur de statuto, quod excludit tantummodò filias, quæ renunciaverunt, mediante dote, aut illius promissione, & *sub num.* 61. firmat filiam, quæ renunciavit successioni facere partem, quià talis renunciatio, non extenditur ad legitimam, sivè facta fuerit vivente Patre, sive post illius obitum, & *sub eodem num.* 61. proponit duos casus filiæ, quæ renunciavit legitimæ, accepta dote, vel aliqua re, quæ soleat imputari in legitimam, & filiæ, quæ renunciavit, nihil accepto, & in utroque casu, concludit facere partem, & in computatione legitimæ augere numerum legitimario-

rum

rum,quià in primo casu accepit partem scilicet dotem prò legitima, & in secundo casu, quia dimitti potest in partem non obstante renunciatione, prçsertim si renunciatio facta fuerit vivente Patre, de cujus bonis agitur.

Dexart. in dec. 69. sub *num.* 1. firmat filiam exclusam exclusione translativa, sivè per renunciationem, sivè per statutum, licet non admittatur ad partem, nihilominus facere partem, favore illius, cujus contemplatione fuit exclusa, quatenus hoc profit illi, cujus favore fuit exclusa, & *num.* 2. §. *Sed ut* eadem decisio protestatur oportere filiam exclusam non habuisse dotem, vel aliam rem çquivalentem portioni legitimæ illi debitæ, quià si illam habuerit ille, cujus favore filia excluditur, non consequeretur ullum commodum, quià si habuerit supradictam dotem, vel aliam rem æquivalentem portioni legitimæ illi debitæ, tenetur illam conferre, & ponere in cumulo hçreditatis prò deductione legitimæ aliorum, & *numer.* 3. declarat conclusionem non procedere, quando filia excluditur, habita dote, vel alia re prò legitima, quiá tunc, cum jam habuerit partem, non attento amplius commodo, vel incommodo illius, cujus favore fuit exclusa, indistinctè facit partem.

Mart. Medic. dec. 7. *sub. num.* 2. firmat fœminas exclusas á statuto augere legitimam favore masculorum, & *num.* 1. hoc potissimum procedere, quandò statutum excludit fœminas propter masculos, & *num.* 5. non posse reprehendi, qui sequitur, potius unam, quam alteram sententiam, & *num.* 8. eo magis in illo casu adhærendum esse supradictæ opinioni, quià filiæ reassumpserant jura suitatis stante, quod institutæ fuerant à testatore in suis dotibus.

Joseph Ludovic. dec. Perusin. 29. *lib.* 1. *num.* 3. firmat donationem factam absenti non valere ante ratificationem, & non tractat articulum, de quo est quæstio.

Thomat: decis. 23. *num.* 117. & 118. firmat fœminas in com;

computatione legitimæ facere partem, ad commodum masculorum, detractis tamen de legitima earum dotibus.

206 *Decis.* 266. *part.* 1. *diversor.* emanata *die* 1. *Februarii anni* 1577. *in Romana de Lante, coram Sanct: me. Aldobrandino, sub num.* 1. loquitur de successionibus ex testamento, ut apparet ex dicto *num.* 1. §. *Moti sunt*, & de filiabus institutis à Patre in dote, ideòque agnitis à testatore, & institutis cum prohibitione, plus petendi, etiam ratione legitimæ, & per consequens in terminis, in quibus dos succedebat loco legitimæ, ut liquet *ex num.* 3. 4., *&* 5. ubi prima vice firmavit filiam, quæ (*prout contingit in hoc casu*) sunt verba ejusdem decisionis, *recepit aliquid, quod succedit loco legitimæ facere partem*, ad effectum augendi legitimam masculorum.

Eadem S. Rota anno 1606. confirmavit supradictam conclusionem firmatam in dicta *dec.* 266. *part.* 1. *diversor.* *in dec.* 100. *impress. post Merlin. de legit. num.* 11., *& in dec.* 1248. *coram Pœnia sub num.* 4 & sequendo supradictas decisiones, licet non facta de illis expressa mentione, sed tantummodò testando articulum, *sæpè firmatum fuisse, anno* 1617. *in dec.* 543. *part.* 4. *tom.* 1 *rec.*

207 Et usque ad annum 1632 facta non fuit distinctio inter *cap.* 141., *& cap.* 145. statuti Urbis, & viguit opinio, quod, etiam vigore *cap.* 145. dos succederet loco legitimæ, ut resultat ex lectura duarum decisionum, quæ prodierunt anno 1632. nempe *dec.* 137. *num.* 9. *&* 160. *part.* 6. *rec.* quæ sub *num.* 18. facit expressam mentionem *cap.* 145., & sub *num.* 121. adhibet hæc notabilia verba, *propterea tota exclusio venit à statuto ex cujus dispositione dos succedit loco legitimæ, & masculis accrescit.*

Deindè Sacrum Tribunal, prævia matura discussione, rem posuit in claro, & firmavit, prout hodie tenet, dotem vigore dicti capituli 145. non succedere loco legitimæ, ut respondit *anno* 1659. *in dec.* 289. *num.* 5. *coram* *Cel-*

Celso, *& anno* 1696. *in decis.* 137. *num.* 5. *inter impress. post Constantin. ad statut. Urbis*, qua attenta circumstantia, non adhibitæ distinctionis inter *cap.*141. & 145. decisiones æditæ usque ad præfatum annum 1632. applicari nequeunt articulo, de quo est quęstio. 208

*Dec.*64. impress. post *Albic de inconstant.in judic.emanat. die* 25. *Maii* 1604. *coram Lancellotto in causa Civitatis Castelli supplementi legitimæ*, loquitur in terminis statuti Civitatis Castelli, *sub num.* 1. firmat ad effectum impinguandi legitimam, computandos esse, tam masculos, quam fœminas, & *num.* 8. quatenus agatur de interesse masculorum fœminas facere partem in legitima, itàut illa transeat, de triente in semissem, ac non allegat aliam decisionem, quam supradictam 266. *part.* 1. *diversor.* 209

Dec. 87. *post Merlin de legit. emanat die* 18. *Aprilis* 1605. *coram Lancellotto in eàdem causa Civitatis Castelli supplementi legitimæ sub numer.* 3. 4. *&* 5. firmat portionem fæminarum non impinguare hæreditatem, sed legitimam, fœminas exclusas impinguare legitimam masculorum, quorum contemplatione excluduntur, licet illis non debeatur legitima, nihilominus facere, vel non facere partem, proùt est magis utile masculis, & posse facere partem, licèt non admittantur ad partem, & pariter *sub d. num.* 3. allegat *supradictam decisionem* 266. *part.* 1. *divers.*

Dec. 100. *post Merlin. de legit. emanat. die* 6. *Iunii* 1606. *in Bononien. Bonorum coram Sacrato*, *sub num.* 11. obiter asserit fœminas exclusas à statuto facere partem ad impinguandam legitimam masculorum juxtá *supradictas decisiones* 266. *part.* 1. *divers.* 1248. *num.* 5. *coram Pęnia*, *& dec.* 64. *impress. post Albic.*

Dec. 1248. *coram Pęnia*, *emanata die* 28. *Iunii* 1606. *in Anconitana legitimæ*, *sub num* 4. testatur plures adesse opiniones super articulo an, & quando filia exclusa à statuto faciat partem & *num.* 5. *Rotam in Romana de Lante*, articulo benè discusso, absque difficultate, affirmavisse filias

augere numerum filiorum, itaut faciant transire legitimam de triente in semissem, & illud quod ipsis tollitur per statutum, accrescere masculis, impinguando eorum legitimam.

Dec. 477.*part.* 2.*rec. emanata die* 1. *Iulii* 1613. *in Romana Salviani coram Damasceno, sub num.* 3. firmat tantummodò propositionem, fœminas exclusas à statuto facere partem favore masculorum, & emanavit altera tantum parte informante.

Dec. 543.*part.* 4.*tom.* 1.*rec. emanata die* 23. *Iunii* 1617. *in Romana legitimæ coram Pirovano, sub num.* 7. testatur sępè firmatum fuisse fœminas, quamvis exclusas à statuto, non diminuere commodum masculorum, quiá excluduntur favore masculorum, nulla tamen assignata ratione, & emanavit altera tantum parte informante, ut videre est *in principio*.

Dec. 421.*coram Vbaldo, emanata die* 30. *Octobris* 1617. *in Firmana legitimæ, repetit. post Merlin. de legitima, in ordine la* 74.*sub. num.* 1. firmat fœminas dotatas facere, vel non facere numerum, & partem, proùt magis expedit masculis, ideoque, si habent parvam dotem, tunc augere numerum filiorum, & legitimam esse semissem, econtra, si habent magnam dotem, adeoùt illas computando, legitima masculorum, non efficiatur pinguior, tunc legitimam esse trientem, & sub eodem *num.* 1. hanc opinionem esse probabiliorem, magis communem, & veriorem.

Ideoque cum in casu dictæ decisionis, dotes quatuor fœminarum excederent totum valorem hæreditatis testatoris, conclusum fuit fœminas non esse connumerandas, nec facere partem, & legitimam unici masculi esse tertiam partem hæreditatis Paternæ, quià illi magis expediebat, ut videre est *dicto num.* 1.*versic. Vndè*.

Et sub eodem *num.* 1.§. *Quæ resolutio* testatur DD. eò faciliùs itá resolvisse, quiá in suppositione quod decisio arti-

articuli, an fœmina exclusa faciat partem, & augeat numerum filiorum dependeat ab alio, an dos succedat loco legitimæ, illis visum fuit dotem non succedere loco legitimæ, attenta dispositione statuti Firmani, quod simpliciter excludit fœminas propter masculos, licet mandet illas dotari, ut prosequitur *num.* 2.

Ac sub *num.* 8. filias, licet simpliciter exclusas à statuto cum onere dotandi, reputari à statuto extraneas, & *sub num.* 9. extraneis non deberi legitimam, & proindè in his terminis dotem non succedere loco legitimæ; & *num.* 10. fœminas non facere partem, licet agnitæ fuissent à testatore, mediante prælegato, cum titulo hæredum universalium, quià etiam in hoc casu, non censetur testatorem voluisse subrogare loco legitimæ dotes legatas, neque cogitasse de persolvendo debito, sed potius illas respexisse, utì extraneas, illas honorando in quantitate majori legitima; & *num.* 11. requiri mentionem legitimæ, ad hoc ut id, quod Pater relinquit filiæ exclusæ à statuto, succedat loco legitimæ.

Dec. 620. *part.* 5. *Tom.* 1. *rec. emanata die* 16. *Februarii* 1618. *coram Ubaldo, repetit. post Merlin. de legitima in ordine la* 4 *sub num.* 8. refert tantummodò opinionem firmatam in alia decisione scilicèt, quod fœminæ in casu statuti illarum exclusivi, faciunt, vel non faciunt partem, proút est utilius masculo.

Dec. 1285. *coram Coccino, emanata die* 17. *Martii* 1621. *in Perusina fideicommissi, repetit. post Merlin. de legit. la* 106. *& post Gilian. ad statut. Perusin. la* 109. *sub numer.* 9. *&* 10. adhibet infrascripta verba, *nec facit ad punctum, quod fœminæ faciant partem, vel non faciant partem, proút magis proficuum est masculis, quià ista conclusio non procedit, quando dos succedit loco legitimæ, tunc enim indubitatum est dotem debere detrahi ex legitima, ut dicunt Doctores in principio allegati, si verò non succedit loco legitimæ, fœminæ computantur in numero ad augendam legitimam, si prosit masculis, alias*

secus &c. ubi *de magis communi &c. sed iste est casus noster, quia ut supra probatum est, dos succedit loco legitimæ, & ideò ex legitima est detrahenda.*

Dec.65. post Albic., emanata die 10. Februarii 1629. *in Æsina fideicommissi coram Pirovano à num.* 3. *ad* 7. firmat, quod si statutum simpliciter excludit fœminas, ipsæ non detrahunt dotes à legitima filiorum, quià utpotè exclusæ à successione propter masculos, concurrere nequeunt cum filiis in legitima, quæ est portio, quam quis habiturus fuisset ab intestato, sed illas detrahunt à toto Patrimonio, tamquam debitum hæreditarium, ideoque antè legitimam, vigore conditionis à statuto appositæ; *sub num.* 15. in suppositione, quod dotes subrogatæ fuerint à statuto loco legitimæ sorores posse facere partem ad commodum masculorum; & *num.* 16. quod acquiescentibus masculis dictam legitimam esse trientem, præfatæ dotes deducendæ sunt, uti æs alienum ante legitimam, quià electio non est fœminarum, sed masculorum, quorum favore emanarunt statuta.

Dec.66. post Albic. emanata die 28. *Maii* 1629. *in Assisien. Fideicommissi coram Pirovano, sub num.* 13. absque ulla discussione articuli firmat, quod si Masculi consequi possunt legitimam pinguiorem, ut accidit, quandò portio legitimæ, quæ contingit fœminis, in concursu fratrum est minor summa, in qua dotantur, tunc fœminæ volentibus masculis, semper faciunt partem eorum favore, sivè excludantur à statuto, sivè ex testamento, sivè simpliciter, sivè per subrogationem dotium in locum legitimę, tamquam agnitæ, & *Gratian. in discept.* 676. referre plures opiniones, & hanc amplecti, sequendo Rotam.

Dec.137: part.6. rec. emanata die 7. *Iunii* 1632. *in Romana, seù Vrbevetana Legitimæ coram Pirovano, repetit. post Farinac. in repertor. ultimar. volunt. in ordine la* 39. *sub n.* 13. fœminas exclusas facere numerum, & partem, quando prodest filiis, non discusso tamen articulo.

Dec.

Dec. 160. *part.* 6. *rec. emanata die* 10. *Decembris* 1632. *in Romana, seu Urbevetana Legitimæ coram Pirovano, sub num.* 18. fœminas exclusas facere partem favore masculorum, & hanc esse opinionem, quam servat Rota nullatenus tamen discusso articulo.

Dec. 136. *post. Merlin. de Pignoribus, emanata die* 18. *Iunii* 1646. *in Romana Fideicommissi de Marescottis coram Verospio, sub num.* 11. firmat, quod filiæ exclusæ per statutum à successione, propter nepotes masculos, non numerantur in calculanda legitima, nisi hoc exposcat illorum favor quià alias impedire nequeunt, quin ipsi numerentur in capita, & non in stirpes.

Dec. 464. *emanata die* 17. *Martii* 1653. *in Interamnen. Hęreditatis coram Peutinger. sub num.* 4. obiter asserit sororem non facere partem, nisi favore Masculi, & proùt illis magis expedit, & ibi agebatur quæstio, an fœminæ exclusæ á statuto, & institutæ à parentibus hæredes universales, censeantur reintegratæ ad successionem, illis competentem de jure communi, & ad legitimam, ut videre est *num.* 5. *& seq.*

Dec. 134. *coram Priolo, emanata die* 5. *Decembris* 1659. *in Romana Legitimæ, repetit. post Michelor. de Fratrib. in ordine la* 60. prodiit in quinta propositione causę, ut testatur eadem *decis. num.* 23. §. *Fuit itaque*, & sub *num.* 4. non firmat absolutè fœminas exclusas à statuto facere numerum, ad effectum augendi legitimam masculorum, sed illas eatenus computari in numero liberorum, ad augendam legitimam masculorum, quatenus magis expediat ipsis masculis, & ità postulet eorum interesse.

Et sub *num.* 14. in discussione articuli, an fœmina computanda esset in numero liberorum, ad effectum augendi legitimam, excitato obiecto totalis exclusionis fœminarum ab hæreditate Materna, vigore *cap.* 145, Rota illud non reprobavit, & admisit enumerationem fęminarum, quià Mater reintegraverat filias, illasque agnoverat in suas,

suas, mediante institutione in legitima, ut videre est ex *dicta dec.* 134. *num.* 15. *&* 16. *& in illius confirmatoria la* 112. *num.* 1. *& seq. part.* 17. *rec.* ubi *sub num.* 7. firmat statutum exclusivum ab intestato non extendi ad casum conditi testamenti, quandò filius honoratur legitima titulo institutionis, ideoquè tacitè admittit extendi, quando deficit institutio, & per consequens reintegratio fœminarum.

Dec. 147. *part.* 13. *rec. emanata die* 11. *Ianuarii* 1660. *in Romana fideicommissi de Marianis coram Albergato repetit. post Torr. de pact. futur. success. la* 5. *sub num.* 2. firmat fœminas exclusas à Statuto Urbis 141. facere, vel non facere partem, proùt magis expedit masculis, & in casu dictæ decisionis, aderat unus masculus, & duæ fœminæ, & agebatur de solo triente, ideoque non erat quæstio de augenda legitima à triente ad semissem, ut legitur in dicta decisione *num.* 3. ibi, *proindeque cum tamquam duæ non augerent legitimam de triente ad semissem, inter filios imputari non debent, sed integrum triens est legitima Antonii.*

Dec. 267 *part.* 13. *rec. emanata die* 28. *Ianuarii* 1661. *in eàdem causa Romana Fideicommissi de Marianis, coram eodem Albergato sub num.* 1. firmat fœminas exclusas à statuto facere, vel non facere partem, & numerum ad commodum masculorum, quorum contemplatione excluduntur, *& num.* 2. *&* 3. quod ex eo, quod Mater agnoverit filias in suas, illas instituendo in ✠ 15. deduci quidem potest filias facere numerum, in augenda legitima, nequaquam veró illas admittendas esse ad partem, diminuendo legitimam fratris.

Dec. 6. *part.* 16. *rec. emanata die* 14. *Ianuarii* 1669. *in Romana Domus coram Bourlemont. sub num.* 7. dicit, tantummodò fœminas facere, vel non facere numerum, prout magis expedit Masculis.

Dec. 499. *part.* 18. *rec. emanata die* 26. *Aprilis* 1575. *in Romana Manutentionis coram Taja, sub num.* 11. *refert. dec.* 1285.

1285. *Coccini*, ubi *sub num.* 10. declarat, quod si dos succedit loco legitimæ, indubitanter detrahitur à legitima, econtrà verò si non succedit loco legitimæ, fœminas computari in numero ad augendam legitimam, si prosit masculis, alias secus, & *num.* 12. refert opinionem *Bruni*, testantis, quod regulariter fœminæ exclusæ non habentur prò mortuis, sed faciunt partem ad commodum masculorum, quorum contemplatione excluduntur.

Decis. 67, *post Albic. emanata die* 1. *Iulii* 1695. *in Viterbien. Legitimæ coram Muto, à num.* 2. *ad* 7. firmat fęminas, licet exclusas à statuto Viterbii propter masculos, computandas esse in numero liberorum, & facere numerum, & partem, perindè ac si non fuissent exclusæ à statuto, & *num.* 2. juxtà opinionem Rotæ hoc procedere etiam in successione Matris, & *num.* 3. hoc procedere ad commodum fratrum masculorum ejusdem matrimonii, nequaquam verò fratrum uterinorum primi matrimonii, attenta intentione statuentium excludendi fœminas propter masculos, prò conservatione agnationum, quiá conservatio agnationum non producitur à fratribus uterinis, utpotè qui sunt de aliena familia, & non sunt agnati sororis uterinæ.

Dec. 68. *post Albic. emanata die* 23. *Ianuarii* 1696. *in Romana Legitimæ coram bo. me. Reverendiss. Molines, sub num.* 1. *&* 2. firmat fęminas augere legitimam ex triente ad semissem, & statutum Urbis in *cap.* 145. respicere favorem masculorum, ideoque juxtà opinionem communiter à Rota receptam, fęminas ab illo exclusas, non reputari simpliciter mortuas, sed facere, vel non facere numerum ad augendam legitimam, prout magis expedit masculis prò eorum interesse, sed emanavit, altera tantum parte informante, ut testatur eadem decisio in §. *Et ità*.

Quemadmodum, saltem prò majori parte, sunt inapplicabiles supra relatæ authoritates allegatæ per *Severol.* 210
ità etiam nonnullæ aliæ infrà ponderandę decisiones S.

Rotæ

Rotæ Romanæ, quæ in hoc articulo allegari solent, nàm.

Dec. 29 *impress.in Mantiss.ad Card. de Luc. de testamentis tom.* 1. *emanat. die* 16. *Junii anni* 1687. *in Anconitana Legitimę num.* 17. firmat, quod quando dos succedit loco legitimæ, juxta opinionem æquiorem, fęminę numerantur, non obstante dissensu alterius ex masculis.

*Dec.*69. *post Albic. de inconstant. in judic. emanata die* 26. *Aprilis* 1697. *in Nepesina Legitimę num.* 4. *&* 5. firmat quòd, quotiescumque dos succedit loco legitimę, proùt in illo casu, quia statutum Nepesinum incipit à dotatione, tunc fęminas exclusas facere numerum favore ipsorum masculorum *& num.* 22. quod, contradicentibus augumento masculis hęredibus, pręvalere debet major utilitas, quæ illis provenit utì filiis, non attento quod esset damnosa utì hęredibus.

*Decis.*90. *coram bo. me. Ansaldo*, quę emanavit die 15. Maii 1699. *in Romana legitimæ num.* 2. firmat, fœminas facere numerum, & partem ad commodum masculorum, quia exclusio statutaria unicè promanat favore, & contemplatione ipsorum masculorum, sed idem *bo. me. Ansald. in adnot. ad d. dec. num.*28. explicat supradictam decisionem intelligendam esse in terminis dotis succedentis loco legitimę, *& in subsequenti num.* 29. firmat, quòd quandò statutum tenet fœminas pro extraneis a successione, & legitima, tùnc neque volentibus masculis, possunt facere numerum, vel partem favore eorumdem masculorum.

Romana Legitimæ 23. *Ianuarii* 1702. *coram bo. me. Ansaldo in* §. *Stabiliendo*, supponit numerationem fœminarum infrascriptis verbis, *stabiliendam dumtaxat hactenùs duxere quotam eiusdem legitimæ, eamque opinati sunt pertingere ad semissem, proùt in se, sivè generalitèr erat planum, numerando filios quinque inter masculos, & fœminas per Annam Victoriam relictos, secundùm sancita pèr Text. &c., &* in subsequentibus §§. *Quin ullum, & Arrisit*, descendit ad dis-

discussionem articuli, *an altero ex fratribus contradicente, fœminæ connumerari debeant beneficio masculorum*.

Romana, seù Savonen. Successionis 13. *Martii* 1705. *impress. post differt.* 40. *Paulutii num.* 10. firmat fœminas esse computandas ad faciendum numerum favore masculorum, quia, ut inquit *dicta Decisio*, cùm statuentes manifestè subrogassent dotes loco legitimę, exindè sequebatur statuentes intellexisse, ac voluisse illas facere numerum, & partem favore masculorum, *& num.* 20. testatur in terminis *cap.* 141., *&* 145. *Statuti Urbis* sæpissimè iudicatum fuisse fœminas, aliàs exclusas, masculis efflagitantibus, efficere numerum, & partem.

Romana Immissionis 3. *Decembris* 1714. §. *Quenam verò coram Reverendissimo Lancetta*, obiter, & non discusso articulo, firmat tantummodò fœminas facere numerum prò augenda legitima in beneficium masculi.

Amerina redditionis rationis 27. *Aprilis* 1714. §. *Cùm itaque coram Reverendissimo Lancetta*, firmat articulum obiter, suppositivè, & in terminis Statuti Amerini ibi -- *Cùm itaque Status hæreditarius præfati Mirabilis &c. remaneat in scut.* 3237., *censuerunt DD. ab hac summa detrahendam esse legitimam Iacobo filio debitam, quæ cùm superessent octo sorores à Statuto Amerino exclusæ, ob eius existentiam ascendit ad semissem, iuxta sanctiones ad veteris iuris correctionem æditas in* §. 1. *authentic. de trient. & semiss., & in authentic. Novissima, Cod. de inoffic. testamen.*, deindè subdit *Ab hoc semisse detrahenda venit dos Mariæ Octaviæ alterius ex sororibus, quæ cùm numerata fuerit ad impinguandam legitimam fratris, utique ipsius dos, intra limites propriæ portionis, ex ipsamet legitima, sic adaucta detrahi debet, ne aliàs hæreditas duplici onere pregravetur &c.*

Ideòque non subsistit Doctores, & Suprema Tribunalia, ferè perpetuò, & magis communiter, approbavisse, uti ueriorem, & consonam dispositioni iuris opinionem eiusdem *Severoli*.

 Non-

211 Nonnullę enim ex usque nunc relatis authoritatibus ex professo, & perpensis rationibus, vel saltem obiter tractant articulum, de quo est quęstio, & firmant contrariam sententiam, & applicantur pręsenti controversiæ, nempè *Honded. cons.* 1. *lib.* 2. *num*, 104., *&* 105. *Nicolaus Catan. in cons.* 19. *num.* 2. 4., *&* 5., *Alciat. in respons.* 31. *lib.* 9. *num.* 12., *Bellon. de iur. accresc. in cap.* 6. *quæst.* 15. *à num.* 17. *ad* 79., *Torr. de pact. futur. succefs. lib.* 2. *capit.* 47. *num.* 44. *vers. Ideòque, decis.* 64. *num.* 1., *&* 8., *dec.* 66. *n.* 13. *& dec.* 68. *num.* 1. *post Albic.*, quę tamen emanavit altera tantùm parte informante.

212 Nonnullæ verò loquuntur dè materia diversa ab illa, de qua est quæstio, nempè *Brunneman. in repetit. Authentic. Novissima num.* 4. *Cod. de inoffic. testam.*, *Alciat. resp.* 31. *lib.* 1., *Peregrin. in cons.* 106. *num.* 13., *& seq. lib.* 2., *Corneus cons.* 197. *num.* 1., *Laderch. cons.* 12. *num.* 1., *Grivell dec.* 34. *num.* 18. *&* 19., *Ioseph. Ludovic. dec. Perus.* 29. *lib.* 1 *num.* 3. *Guidopap. in dec.* 295. *n. primo*.

213 Nonnullę in terminis, in quibus fœminę agnoscuntur pro suis à Testatoribus, ideòque reintegrantur ad iura suitatis, nempè *Cyriac. controu.* 610. *tom.* 4. *num.* 44. 45., *&* 46., *Rodulphin. alleg.* 130. *num.* 2., *& in alleg.* 131. *num.* 6. *Borgnin. Cavalcan dec.* 8. *n.* 7. *par.* 3., *Mart. Medic. dec.* 7. *n.* 8. *Rot. Roman. in dec.* 266. *num.* 1. *par.* 1. *divers.*

214 Nonnullę loquuntur extrà terminos, in quibus cadit superius proposita disputatio, & quoad illam nihil pręcisè determinant, nempè *Bursatt. cons.* 92. *num.* 37., *ac* 38. *lib.* 1., *Adden. ad cons. Alexand.* 36. *lib.* 7. *litt. D. Camill. Medic. cons.* 167. *à num.* 1. *ad* 3., *Peregrin. in consil.* 106. *numero* 13. *& seq. lib.* 2.

215 Nonnullę non tractant pręcisum articulum supra propositum, & firmant simpliciter portiones fœminarum exclusarum applicandas esse masculis, nempè *Bald.*, *& Castrens. in leg. si defunctus ambò*, *Cod. de suis*, *& legit. hæredib. num.* 1., *Fabian. de Giocchis in repetit. Authentic. Novissima,*

Cod.

Cod. de inoffic. testam. num. 216. *&* 217., *Cassen. cons.* 53, *num.* 7., *Paris. cons.* 36. *num.* 28. *cum* 2. *seq.*, *Brun. de statut. fœminar. exclusiu. artic.* 13. *quest.* 3. *num.*45. *&* 46.

Nonnullæ in locis, in quibus allegantur in supradicto Voto, aut nihil firmant, aut referunt opiniones Doctorum, vel resolutiones Tribunalium, aut loquuntur relativè ad dictas opiniones, ac iudicata, nempe *Gratian. discept. forens. cap.* 676. *num.* 12., *Carol. Anton. de Luca in animadvers. ad cap.*594., *Gratian. num.*7. *in* §. *Similia statuta, & in* §. *Iuxta Capyc. Galeott. contr.* 16. *num.* 37. *lib.* 2., *Caren. resol. practic.* 97. *num.* 6. *&* 7., *Rosa consult.* 29. *num.* 8. 216

Inter Decisiones *Sacræ Rotæ* Romanæ *dec.* 1248. *num.* 4. *&* 5. *coram Pęnia*, *dec.* 100. *post Merlin. de legit. num.* 11. *decis:* 543: *part.* 4: *tom:* 1: *recent. num:* 7: quę prodiit altera tantùm parte informante, *dec:*620: *par.*5. *tom.* 1: *rec:num.* 8: repetit: post *Merlin: de legit: in ordine la* 4:, *dec.* 449: *n:* 12. *part:* 18. *rec:*

Nonnullæ loquuntur expresse, vel intelligi debent in terminis, in quibus dotes fęminarum succedunt loco legitimæ, nempe *Castrens. in consil.* 286. *sub numer.* 4. *versic. Prædicta, & versic. Ex hoc dicit volum.* 1. *Cephal. in cons.* 245. *libr.* 2. *à numer.* 30. *ad* 39. *Decian. cons.* 46. *libr.* 3. *à num.* 22. *ad* 30. *Curt. Iun. cons.* 268. *libr.* 3. *num.* 17. 22. *&* 29. *Capic. Galeott. in addit. cons.* 167. *Camil. Medic. à num.* 1. *ad* 7. *Altimar. in addit. cons.* 70. *Rovit. libr.* 1. *num.* 4. *&* 7. *Boss. in tit. de bonor. publicat. num.* 2. *in versic. sic aliud videri, & in versic. tamen, Tort. ad statut. Papiæ in adnot. ad rubric.* 95. *num.* 202. *& numer.* 204. *Cras. in recept. sentent.* §. *Legitima, quęst.* 7. *num.*4. *vers. Aut verò statutum, Kellembentez de renunciat. succes. quęst.* 37. *num.* 11., *&* 15. *Merlin. de legit. libr.* 3. *tit.* 1. *quęst.* 6. *num.* 34. *& quęst.* 8. *num.* 29. *&* 30. *Gaspar. Manz. de legit. quęst.* 4. *num.* 41. *&* 50. *Calvin. de ęquit lib.* 1. *cap.* 87. *à num.* 5. *ad* 9. *Hunnius Encycloped. jur. part* 4. *tit.* 11. *quęst.* 4. *num.* 19. *Paschal. de virib. patr. potest. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 28. *&* 29. *Bottiglier. de succes. ab* 217

inteſt. cap. 1. *theorem.*15. *num.*4. & 5. *Innocent. de ſucceſſion. Municipal. quæſt.* 32.*num.*10. *Baittel. de ultim. volunt. dec.* 9. *num.* 48. *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 9. *Berlich. concluſ. practicab. part.* 3. *concluſ.*12. *num.*37 §. *Pariter*, & *verſic. tum quia*, & *in* §. *Sed. Montan. controv.* 48. *num.* 1. *de Marin. variar. reſolut. libr.* 1. *cap.* 252. *numer.* 3. *Roſa conſul.* 29. *numer.* 8. *Rocc. ſelect. jur. diſput. tom.* 2. *cap.* 117. *num.* 18. Ricc. *in collect. deciſ. Cur. Archiepiſcopal. Neapolit.* 3849. *verſic. Sed an filiæ, Carol. Anton. de Luc. in obſervat. ad deciſ.* 549. *Vincent. de Franch. numer.* 2. & 3. *Tapias deciſ. Sacr. Conſil.* 44. *num.* 5. *Boer. dec.* 104. *num.* 10. & 11. *Grivell. dec.* 34. *num.* 60. & 61. *Thomat. in deciſ.* 23. *num.* 117. & 118.

Inter deciſiones *Sac.* R*ot.* R*omanæ dec.* 266. *part.* 1. *diverſ. num.* 3. & *ſeq. dec.* 421. *coram Ubald. num.*1. *dec.*87. *num.* 3. 4. & 5. & *dec.* 100. *num.* 11. *poſt Merlin. de legit. dec.* 147. *num.* 2. *part.* 13. *rec. dec.* 64. *num.* 1. & 8. *dec.*65. *num.* 15. & *dec.* 69. *num.* 4. & 5. *poſt Card. Albic. de inconſtant. in judic. dec.* 90. *numer.* 2. *coram Anſaldo, ut in adnot. num.* 28. & 29. *dec.*29. *impreſſ. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. de teſtament. tom.* 1. *num.* 17. *Romana, ſeù Savonen. ſucceſſioniſ.* 13. *Martii* 1705. *impreſſ. poſt diſſert.* 40. *Paulut. num.* 10.

218 Nonnullæ obiter, vel ſupponunt, vel firmant fœminas augere legitimam ex triente ad ſemiſſem, vel aliam, ex concluſionibus, quæ cadunt in hac controverſia, ſed non deveniunt ad poſitivam diſcuſſionem articuli, ſuprà propoſiti, nempè *Soccin. jun. conſ.* 25. *ſub. num.* 14. *verſic. Primo quia*; *Caſſen. conſ.* 53. *num.* 74. *Laderch. conſ.* 126. *num.* 6. *verſic. Cæterum*, *Maſpurgenſ. ſeù Herman. Ulterius in conſ.* 29. *num.* 128. *vol.* 1. §. *Et quamvis*, *Hartman. Piſtor. quæſt. jur. tom.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 8. & 9. *Mart. Medices dec.*7. *ſub. num.* 1. 2. & 5.

Inter deciſiones S. R*ot.* R*omanæ deciſ.* 1285. *num.* 9. & 10. *verſic. Si verò non ſuccedit coram Coccino*, *dec.* 136. *poſt Merlin. de pignor. num.* 11. *dec.* 464. *num.* 4. *coram Peutinger.*

&

& dec. 267. num. 2. & 3. part. 13. rec. decis. 67. post Card. Albic. de inconstant. in judic. à num. 2. ad 7. Romana Legitimę 23. Januarii 1702. §. Stabiliendam coram bo: me: Ansaldo, Amerina Redditionis Rationis 27. Aprilis 1714. §. Cum itaque, & seq. coram Reverendiss. Lancetta. Romana Immissionis 3. Decembris 1714 §. Quęnam verò coram eodem, Romana, seù Savonen. successionis 13. Martii 1705. impress. post dissert. 40. Paulut. num. 20.

Nonnullæ dicunt tantummodò fœminas facere partem, seù numerum, & partem, quandò hoc est utile masculis, vel quià excluduntur illorum commodo, nempè *Tor. de pact. futur. succes. libr. 2. cap. 47. num. 31. & 47. Gratian. discept. forens. cap. 594. num. 21. & 22. Ricc. in collect: decis. Curię Archiepiscopalis Neapolitanæ 3849. versic. Sed an filiæ.* 219

Inter decisiones *Sac. Rot. Romanæ dec. 477. numer. 3. part. 2. rec. quę* prodiit altera tantum parte informante, *dec. 137. num. 13. part. 6. rec. dec. 160. num. 18. part. 6. rec. & dec. 6. num. 7. part. 16. rec.*

Nonnullæ in terminis, in quibus fœminæ attentis dispositionibus statutariis, vel illarum renunciationibus, vel exclusionibus translativis, ab illis resultantibus, vel alia de causa excluduntur, non tamen totaliter, ut in *cap.* 145. Statuti Urbis, & non reputantur prorsus mortuæ, proùt evenit, quandò statuta aliquid illis reservant, vel quandò illas simpliciter non excludunt; nempè *Honded. cons. 1. libr. 2. num. 105. & 106. Eugen. in cons. 33. num. 70. & 71. & cons. 35. num. 4. 9. & 10. lib. 1. Sodarin. respons. 43. num 2. 3. 4. 5. 6. & 28. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 144. Peregrin. de fideicom. artic. 38. num. 23. & 24. Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 33. num. 10. Gratian. discept. forens. cap. 676. num. 10. Carol. Anton. de Luc. in observat. ad decis. 549. Vincent. de Franch. num. 2. Ferrer. in addit. ad dec. 295. Guidopap. versic. Verior tamen. Grivell. dec. 34. num. 60. & 61. & Dexart. in dec. 69. num. 1. 2. & 3.* 220

Non-

221 Nonnullę non loquuntur de numeratione fęminarum, ad effectum augendi legitimam à triente ad semissem, sed de applicatione portionum fœminarum in terminis, in quibus integra legitima stabilita fuit in triente, nempè *Rovit. consf. 70. numer. 1. & seq. lib. 1. Carol. Anton. de Luc. in Meliorat., de Marin. ad resolut. 252. num. 5. in dec. 10. num. 17. part. 12. & in 2.* subsequentibus, emanatis in eâdem causa, nempe la 147. *num. 3. & la 267. num. 1. part. 13. rec.*

222 Nonnullæ verò, in locis in quibus allegantur *à bo. me. Severol.* sub jisdem, vel sub diversis numeris, firmant propositiones, implicitè, vel expresse contrarias numerationi fęminarum prò augumento legitimæ nempè *Decian. in responsf. 46. num. 29. versic. aliquandò, & versic. hec est decisio, Fabianus de Giocch. in repetit. Authentic: novissima C. de inofficiosf. testament. num. 215. Paulus de Castro in consf: 286: num: 3: versic: restat nunc, in versic: credo quod legitima, & sub num: 4: in versic: Non sic: Cęphal: consf: 245: num: 39: lib: 2: Peregrin: de fideicommisf: artic: 38: num: 24: §: At in aliis causis, in §: Tertio, & in §: Nec obstat: Bosf: in tit: de bonor: publicat: num: 2: Tort: ad statut: Papiæ in adnotat: ad rubric: 95: num: 202: de Marin: in observat: ad dec: 1: Reverter: num: 3: dec: 134: num: 14: 15: & 16: coram Priolo, et dec: 112: num: 7: part: 17: rec:*

223 Et in terminis statutorum, quæ excludunt simpliciter, & non considerant, an fęminæ fuerint dotatæ, sed jubent illas exclusas dotari, illas habendas esse prò mortuis, & non augere numerum liberorum: *Hunnius Encycloped: jur: part: 4: tit: 11; quæst: 4: numer: 17: Card: de Luc: de legit: disc: 2: num: 5: Carol: Anton: de Luc: in animad: ad cap: 676: Gratian: post num: 7: in §: Alius casus est, et in animaduersf: ad cap: 594: ejusdem Gratian: sub num: 8: §. Statutum*, ubi testatur hujusmodi sententiam videri receptissimam, *Rot: dec: 421. num: 8: 9: et 10 coram Ubaldo.*

224 Quà de causa constitui non potest solidum fundamentum

tum in supradictis authoritatibus, tum quia deferre authoritatibus, non libratis rationibus, non est scire, sed credere, ut opportunè advertit *Rosa consult*: 29: *numer*: 7: tum quià, ut in consimilibus terminis monet *Baitell: de ultim: volunt. in dec*: 9: *num*: 48: §. *Doctores nostri*, quam plurimæ ob diversas facti species, vel diversa statuta, 225
vel diversas consuetudines, vel diversos articulos, applicari nequeunt in præsenti casu, in quò versamur, nempè in statuto, quod absque ulla reservatione prorsus excludit fęminas, illasque constituit extraneas, & civiliter mortuas successionibus intestatis, & agitur de legitima detrahenda ab hęreditate Matris, quę non dotavit filias, & instituit in proprietate filium masculum primogeni- 226
tum, qui nedum conservat, sed tribus masculis, Deo dante jam procreatis, suam prorogavit generosi sanguinis agnationem.

Eoque magis attendi non debent supradictæ authoritates, quia cum illis adversentur supra deductæ convin- 227
centissimæ rationes, illæ pręvalere debent, quæcúmque enim humana authoritas tanti facienda est, quantum valet ratio, ut docet *Capyc. Latr. in dec*. 91. *num*. 13., & 14. 228
tom. 1., *Censal. dec. Lucens*. 10. *num*. 37. & 38., *Adden. ad Pampbil. dec*. 296: *num*: 17. *et* 19. ibi — *non est credendum authoritati cuiuscumque, nisi sit talis, qui possit legem condere, vel dictum suum ratione efficaci pręmuniat*.

Potissimè in pręsenti casu attendi non debent supradi- 229
ctę authoritates, quia pro contraria sententia, ultrà rationes, adsunt etiam quamplurimæ, & magni ponderis authoritates allegatæ *à num*. 20. *usque ad num*. 36., & præcipuè *Sac. Rotæ*, quæ illam amplexa fuit anno 1617. in *decis*. 421. *num*. 8. 9. & 10. *coram Ubaldo*, quam decisio- 230
nem laudavit, & sequuta fuit anno 1700. *in supracitata Romana, seù Savonen. Successionis* 14. *Iunii* 1700. §. *Et sufficiat coram Reverendissimo D. meo Lancetta*; Quocirca sen- 231
tentia, cui adhæreo, exclusiva fœminarum à calculo legi-

gitimę innititur utrique fundamento, rationis principaliter inspiciendæ, & gravissimarum authoritatum, inter quas adsunt *supradict æ dec: Sac. Rotæ*, quas allegavi à *num. 29. usque ad num.* 36.

Propterea illam libentiùs amplector, quia non semel, sed pluriès approbata fuit à Sacro Tribunali, cuius magna semper fuit authoritas, ob sapientiam Iudicum, &
232 quia causas decidit, prævijs dispµtatione dubiorum informationibus, tam in voce, quam in scriptis, & exactissima trutina, ut omnibus innotescit, & ego ipse observavi, spatio plurium annorum, in quibus in Sacro Tribunali meam tenuissimam operam dedi secreto studio, & resolutionibus causarum, apud tunc eiusdem Auditorem, & postea S. Rom: Eccles: Cardinalem *Caprara*, adeòut
233 nullum alium adesse locum in Mundo, in quo causæ tam benè discutiantur referat *March: san: de commiss: part: prima cap: 7: num: 41: fol: 284: Bellamer: in dec: 37: ante fin:*
234 Eiusque responsa, utpotè à Viris clarissimis, & summa maturitate prolata, servari, tamquam dogmata Legum, & Canonum, testatur *Paulus Rubeus in* eruditissima Epistola Divini, humanique Iurisperitis, ac studiosis omnibus data, *impress: in principio part: 7: rec: num: 247:, et* 248; vbi *à num:* 235: *usque ad finem* omnes Excelsi Collegii
235 prærogativas enumerat, & Rotam Romanam ob Patrum authoritatem, Dignitatem, & Pręheminentiam constituere opinionem communem, & prævalere communi opinioni Doctorum, *Surd: consf:* 403: *num:* 83: *lib:* 3: *Thomat: dec:* 87: *num:* 6: *Gratian: cap:* 104: *num:* 56, *et cap:* 266: *numero* 23, *et seq.*, *Sperell: dec:* 121. *num.* 126:, ac si vigeat
236 duplex opinio, quarum unaquæque vocetur communis, nisi adsint in contrarium validiores rationes præferri illam, cui ipsa adhęret *Constantin: ad Statut: Urb: adnot:* 63.
237 *num;* 280; *et* 281; quodque loquente Rota, alii Iurisconsulti acquiescere debent, *Rubeus in præfat: ad iuris studios. num:* 237: *et* 240: *Conciol: alleg: ciuil:* 34: *num:* 41: *Greve: ad*

Gaill:

Gaill. in probem. num. 32., quos refert, & sequitur *Constantin. adnot.* 63. *art.* 2. *num.* 279. *tom.* 2.

Undecimò, quatenùs etiam invaluisset, non iuvat allegare consuetudinem diversimodè iudicandi, tùm quia 238
decisiones attenduntur in eo, quod principalitèr firmant, nequaquam verò in eo, quod dicunt incidenter, & perfunctoriè materia non examinata, cuius generis sunt ferè omnes illæ, quæ in contrarium allegantur, ut respondit Rota *in decis.* 299. *num.* 13. *coram Seraphino, in dec.* 480. *num.* 31. *coram Bichio*, & *in dec.* 45. *num.* 29. *part.* 8.

Tùm quia, quatenùs etiam inducta fuisset dicta con- 239
suetudo non prævaleret rationi, & iuribus, nec tanti momenti est, ut rationem vincat, aut legem, iuxta *Text. in l.* 2. *C. quę sit longa consuetudo*, ubi *Imperator Constantinus* ita sancivit, *consuetudinis, usus que longævi non vilis authoritas est, verùm non usque adeò sui valitura momenti, ut aut rationem vincat, aut legem*, ibique Glossa explicat usum 240
longævum esse illum, cuius non extat memoria, illique consonat *Textus in leg. nemo Iudex, Cod. de sentent.*, *et interlocutor. omnium Iudicum*, qui ita disposuit — *Nemo Iudex, vel Arbiter existimet, neque consultationes, quas non ritè iudicatas esse putaverit sequendum, et multò magis sententias Eminentissimorum Prefectorum, vel aliorum Procerum; Non enim si quid non benè dirimatur, hoc in aliorum Iudicum vitium extendi oportet, cùm non exemplis, sed legibus iudicandum sit, neque si cognitionales sint amplissimę Prefecturę; vel alicuius maximi Magistratus prolatę sententiæ, sed omnes Iudices nostros veritatem, et legum, et iustitię sequi vestigia sancimus.*

Et rationem, ac veritatem præponendas esse consue- 241
suetudini, habemus ex *Canon. frustra* 7. *dist.* 8. *primæ partis decret.* & sanam rationem anteponendam esse exemplis ex *dicta prima parte decret. dist.* 9. *canon.* 11., ac exceptis iudi- 242
catis æditis, comprobatis, vel recognitis à Supremo Principe, cætera apta non esse inducere consuetudinem, quæ

importet obligationem, ità iudicandi, quia penès Iudices non resìdet ea, quę ad hoc requiritur necessaria potestas, quamplurimis adductis authoritatibus probat idem *bo.me. Severol. in dicto Voto à num.* 66. *ad* 85.

Ut hujus dissertationis initio præmisi, magis veram, ac probabiliorem sententiam, summa cura, perpensis Doctorum responsis, ac Tribunalium decisionibus, & diuturno labore perquisivi, ductus amore Justitiæ, de quo lo-
243 quitur sapientia *Salomonis cap.* 1. *num*: 1. *Diligite justitiam, qui judicatis terram*, respiciens tenuitatem meam, & Supremi Judicis mandata, in Divinis expressa scripturis, nos
244 enim admonet *Regius Psalmista in Psalmo* 2. *numer.* 10. dicens *Erudimini qui judicatis, Zacharias cap*: 7: *numer*: 9: narrando ad ipsum factum fuisse verbum Domini *judicium verum judicate*; respiciens etiam salutari timore pertime-
245 scendam sententiam, quam legimus *Sapientię cap.* 6. *num*: 6. *quoniam judicium durissimum his, qui pręsunt, fiet*:

246 Nec non infrà recensenda aurea verba, quæ Judicis officium definiendo adhibuit *S. Eleutherius Pontifex Maximus in Epistola* 2. *Ecclesiæ sæculo ad Galliæ Provincias data relat. in* 2. *part. decret. caus.* 30. *quęst.* 5. *Canon.* 11. *Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium illuminata sit plenitèr, nec litigantibus judex prius velit sua sententia obuiare, nisi quandò ipsi, jam peractis omnibus, nihil habeant in quæstione, quod proponant, et tamdiù actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur; Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum fortè remaneat, quod annecti conveniat.*

247 Hoc exaravi opusculum præ oculis habens ministerium justitię, quæ à Cælesti Majestate tradita gubernat Imperia, & fortasse me profuturum jis, qui judicandi munus exercent, quos *Ulpianus, cum Celso in l.* 1. *ff. de*
248 *justit. et jur.* Sacerdotes appellat, quià inquit *Gloss. laudata*

le-

legis in *versic: Sacerdotes*. Sicuti qui Sacra ministrant, Sacerdotes vocantur, ità Judices, qui judicando, jus suum unicuique tribuunt, & leges sunt Sacratissimæ. 249

Id unum superest, me gratias agere Supremo Patri Luminum non immemor, quod illas prò omnibus per- 250
solvere nos admonet *Apostolus in epist. ad Ephesios cap.5. versic.20.dicens, Gratias agentes semper prò omnibus in Nomine Domini Nostri Jesù Christi, Deo, & Patri, & ad Thessalonicenses in cap.5. versic.18. In omnibus gratias agite, hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesù in omnibus vobis.*

SUMMARIUM

1 F*Acti series.*
2 *Dubia orta occasione liquidationis legitimæ.*
3 *Statutum Urbis lib.* 1. *cap.* 100. *mandat causas Consanguineorum definiri compromissis.*
4 *Refertur electio Judicum, et status causæ.*
5 *Refertur resolutio causæ.*
6 *Articulum, de quo hic disceptatur, Doctores appellarunt Labyrinthum.*
7 *Referuntur Doctores dicentes, Judices sinè nota reprehensionis, amplecti posse, tam negativam, quam affirmativam sententiam.*
8 *Legitima debita filiis est semis, quandò sunt ultra quatuor.*
9 *Statutum Urbis cap.* 145. *excludit fœminas ab hæreditate Parentum, et mandat esse contentas dotibus illis constitutis, dummodò Frater, vel Patruus sint parati eas dotare de paragio.*
10 *Referuntur verba dicti Statuti.*
11 *Verba* de jure competentia *non intelliguntur de jure communi, sed statutario.*
12 *Statutum Urbis mandans in rubric.* 145. *fœminas in aliquo non succedere, illas considerat tamquàm si non essent ex numero filiorum.*
13 *Dictum statutum facit fœminas extraneas.*
14 *Et illis aufert quemcumque titulum successionis.*
15 *Statutum Urbis operatur fœminas non facere numerum in computatione legitimæ, nisi contrarium voluerint masculi, quorum favore inducta fuit exclusio, vel quandò dos succedit loco legitimæ.*
16 *Immò aufert filiabus exclusis jus, et capacitatem succedendi ab intestato, et jura suitatis, propterea nequeunt pete-*

petere legitimam in casu conditi testamenti, nec contratabulare in casu præteritionis.

17 *Easdemque fœminas excludit propter masculos, non propter dotem.*

18 *Dotes, quæ vigore dicti Statuti assignantur fœminis, non succedunt loco legitimæ.*

19 *Legitima est portio successionis debitæ ab intestato.*

20 *Feminæ, quę non faciunt partem earum favore, non faciunt numerum favore masculorum.*

21 *Quibus non debetur legitima, nec calculari, nec considerari debent in computatione legitimæ.*

22 *Quandò fœminæ habentur prò extraneis, etiam volentibus masculis, non faciunt numerum, nec partem.*

23 *Proùt nec quandò statutum illis nihil reservat.*

24 *Filia, quę non consequitur dotem jure successionis, non facit partem.*

25 *Et habetur prò mortua si aliquid non consequitur prò sua portione.*

26 *Secus si statutum aliquid illi reservat, et id quod reservat succedit loco legitimæ.*

27 *Filia à quocumque dotata, et omninò exclusa ab hęreditate Patris, habetur prò mortua, et quidquid ei debetur ab hæreditate Patris, detrahitur tamquàm ęs alienum, nec facit numerum.*

28 *Senatus Pedemontanus judicavit fœminas, quarum dotes, non succedunt loco legitimæ, non facere numerum, nec partem favore masculorum.*

29 *Hanc sententiam sequuta fuit Sac. Rota Romana in pluribus decisionibus, & signanter in Romana, seù Savonen. successionis 4. Decembris 1699. coram Reverendissimo D. Lancetta, cuius verba referuntur.*

30 *Idem sensit Castrensis, perpensis rationibus, quæ referuntur.*

31 *Decianus sequutus fuit Castrensem.*

32 *Doctores allegati à Sacra Rota in dicta Romana, seù Savo-*

Sauonen. successionis, testantur, hanc opinionem esse communiter receptam.

33 *Et ponderato Statuto Ianuensi, sed principalitèr etiam articulo, in terminis hœreditatis Matris, quœ non dotauerat, in alia Decisione confirmatoria supradictœ, edita die* 14. *Iunii* 1700. §. Duplex *coram Eodem Reuerendissimo Lancetta.*

34 *Ratio adducta per Rotam in dicto* §. Duplex *ea est, quia fœminœ prędicto modo exclusę, non sunt in aliquo successibiles, nec in dote, nec in legitima, respectu hereditatis Matris, & habentur, ac si non essent in rerum natura.*

35 *Sacra Rota Romana in dicto* §. Duplex *bene distinguit, & explicat, in quo sensu intelligi debent contraria authoritates.*

36 *Referuntur aliæ Decisiones posteriores Rotæ Romanę adhærentes huic sententiæ, quarum ultima prodiit anno* 1711.

37 *Confirmatur prędicta opinio ex eo, quòd legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum.*

38 *Et ex eo quod est quota portionis debitæ ab intestato.*

39 *Et non regulatur à causa testati, sed intestati.*

40 *Fœminœ exclusœ considerari non debent in calculo legitimæ, qui est calculus successionis.*

41 *Refertur ratiocinium efformandum ab iis, qui tenent contrariam sententiam.*

42 *Supradictum ratiocinium reicitur.*

43 *Si statutum non excludit fœminas sub conditione dotationis, sed illas excludit, & postea mandat dotari, tunc dos non succedit loco legitimæ.*

44 *Referuntur verba statuti Vrbis, demandantia exclusionem fœminarum.*

45 *Statutum non exigit dotem constitui tantummodò à Patre, Auo, Matre, vel Auia, à quorum successionibus excludit fœminas, sed contentatur dote constituta*

etiam

etiam ab aliis, ſcilicet à fratre germano, vel Patruo.

46 *Statutum excludit fœminas etiam à ſucceſsione illorum, qui non conſtituunt dotem.*

47 *Statutum demandat excluſionem fœminarum cum ſolutione dotium, non habito reſpectu ad titulum, à quo dependet illas, licèt excluſas, poſſe, vel non, facere numerum fauore maſculorum.*

48 *Refertur, & reicitur ratiocinium, tuentium contrariam ſententiam innixum fauore maſculorum.*

49 *Hoc ipſum demonſtratur ex mente ſtatuentium, & ex diſpoſitione authen. Nouiſsim. Cod. de inoffic. teſtam.*

50 *Ex ſupradictis reſultat inueriſimilitudo, & incompatibilitas.*

51 *Maximè quia augumentum legitimæ requirit numerationem fœminarum in numero ſuccedentium, & ſtatutum obliterat fœminas à dicto numero.*

52 *In numero ſuccedentium computantur fœminæ, quæ agnoſcuntur pro ſuis à Teſtatoribus, & reintegrantur ad iura ſuitatis, vel quarum dotes ſuccedunt loco legitimæ, vel alia ~~de cauſa totaliter~~ non excluduntur, nec habentur prò mortuis, vel excluduntur dumtaxàt à bonis dotantis, ſecùs alię, quæ excluduntur ab omnibus aliis bonis.*

53 *Explicantur quamplurimę authoritates allegatę in Voto bo. me. Seueroli.*

54 *Statutum prorsùs excludens fœminas à numero ſuccedentium, illis non relinquit potentiam, nec capacitatem ſuccedendi.*

55 *Non ſtatutum, ſed Doctores aſſerunt fœminas facere partem in legitima fauore maſculorum.*

56 *Fœminæ quoad hereditatem inteſtatam, & legitimam, quæ eſt pars ſucceſſionis inteſtatę, habent unicum titulum ſuccedendi, prouenientem à iure communi, quem titulum illis aufert ſtatutum.*

57 *Fœminæ faciant partem fauore maſculorum, ſi ſupradictus*

ctus titulus extinctus non fuit, vel si extinctus fuit, illisque restiutus ex facto hominis.

58 *Quando statutum mandat fœminas ab intestato, in aliquo non succedere, supponi nequit illis relinquere potentiam, & capacitatem succedendi.*

59 *Fœminæ, quæ vigore statuti Vrbis, nec actu, nec habitu quidquam capere possunt ab hæreditate, à qua excluduntur, ex ipsarum personis non possunt aliquid tribuere masculis.*

60 *Consideratur incompatibilitas, quòd fœminæ habeantur prò mortuis, quoad proprium commodum, & haberi debeant utì viuentes ad commodum, & fauorem masculorum.*

61 *Statutum Vrbis in cap. 145. adimpletur sola exclusione fœminarum à participatione legitimæ, & plurimùm operatur, si in calculatione legitimæ non habeatur ratio fœminarum.*

62 *Portiones masculorum non impinguantur ex eo quod fœminæ excluduntur eorum favore, & satis impinguantur, quia succedunt tantummodò masculi.*

63 *Parentes possunt subiicere eorum dispositionibus portiones fœminarum.*

64 *Illud plus de iure communi debitum filiæ ultra dotem, usquè ad integram quantitatem illius legitimæ acquiritur hæreditati, & filiis heredibus.*

65 *Pater vigore facultatis illi tributæ à statuto potest grauare dictum augumentum.*

66 *Explicatur decis. 180. par. 11. rec.*

67 *Statutum Vrbis, in cap. 141. prohibet filiabus, & nepotibus, earumque hæredibus aliquid petere à Patre, & Auo, eorumque hæredibus, etiam transuersalibus, præter dotes.*

68 *Explicatur decis. 10 par. 12. rec.*

69 *Explicatur decis. 309. par. 17. rec.*

70 *Explicatur decis. 68. post Card. Albic. de inconstan. in*

iudic., & alia edita in Romana Immissionis 15. Iunii 1714., & in illius confirmatoria edita die 5. Aprilis 1715. coram Eminentiss. *Scotto.*

71 Explicatur *decis. emanata in Romana Immissionis* 18. *Februarii* 1715. *coram Reverendiss. D. Lancetta.*

72 Explicatur *decis. emanata in Romana Fideicommissi de Romanis* 19. *Aprilis* 1717. *coram R.P.D. Cerro.*

73 *Explicatur decis. emanata in Fauentina Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februarii* 1718. *coram Reuerendiss. D. Lancetta.*

74 *Sacra Rota firmauit augumentum legitimæ acquiri hæreditati, & filiis hæredibus, etiam in terminis cap.* 145. *Statuti Vrbis.*

75 *Vtrumque Capitulum, scilicèt* 141., & 145. *excludit, fœminas causatiuè propter masculos, & conseruationem bonorum in agnatione.*

76 *Mens statuti adimpletur quotiescumque augumentum remanet penès masculos agnatos, ac propterea in terminis hæreditatis utriusque Parentis, & utriusque Capituli.*

77 *Si successio transit ad fœminas, vel extraneos, portiones fœminarum retinent naturam legitimæ, si verò transit ad masculos agnatos, non retinent dictam naturam, sed illam assumunt in actu, in quo successio transire debet ad fœminas, vel extraneos.*

78 *Quando legitima est triens, portiones legitimæ debitę fœminis de iure communi, cedunt commodo unius, vel plurium masculorum agnatorum hæredum.*

79 *Quando verò consistit in semisse, portio virilis fœminæ cedit commodo eorumdem masculorum.*

80 *Statuta exclusiva fœminarum, eodem momento temporis, in quo auferunt à fœminis earum portiones, tacita quadam adiudicatione, illas applicant masculis.*

81 *Fœminæ non augent legitimam masculorum iure accrescendi, sed beneficio statuti.*

82 *Pa-*

82 *Parentes possunt gravare augumentum legitimæ, scilicet illud plus debitum fœminis ultra dotem minorem legitima.*

83 *Huiusmodi onus non dicitur propriè onus, utpotè non appositum legitimæ debitæ ex necessitate, ac dè iure communi.*

84 *Probibitio gravaminis est restricta ad legitimam debitam de iure communi, quam quis tenetur relinquere ex necessitate.*

85 *Dicta portio non debetur ex dispositione Parentum, sed iure naturæ, & ex prouisione legis.*

86 *Portio legitimæ fœminarum de iure communi consistit in quota æqualitèr repartienda cum masculis.*

87 *Portiones viriles tangentes fœminis, in divisione cum masculis, remanent in fideicommisso.*

88 *Parentes grauant id, quod de iure communi esset legitima fœminarum, quod masculi consequuntur in vim statuti, nequaquàm verò quotam debitam masculis de iure communi, quæ gravari non potest.*

89 *Considerarur incompatibilitas, quòd portiones debitæ fœminis exclusis non sint legitima, & nihilominùs dici debeant legitima ad hoc, ut legitima augeatur ad semissem, eodemque tempore dictas portiones remanere debere in hæreditate Parentum.*

90 *Si unus sit masculus, & quinque fœminæ, masculus capiet titulo legitimæ alteram ex sex unciis, & quinque remanebunt in hæreditate; si verò masculi sint duo, & fœminæ sint quinque, masculus, qui non est hæres, titulo legitimæ lucrabitur solùm septimam partem semissis, ideòque non augetur favore masculorum de agnatione, sed fauore hæredum.*

91 *Si statuentes voluerunt portiones viriles fœminarum remanere in hæreditate Parentum, & noluerunt integrum semissem devenire ad masculos, titulo legitimæ, idem dicendum est, quando dictæ portiones fæ-*

fæminarum considerantur, ad effectum augendi legitimam eorumdem masculorum.

92 *Casus connexi pari æquitate, & identitate rationis, separari non debent quoad dispositionem Iuris.*

93 *Verba*, che gli và di ragione, *intelliguntur de iure statutario, quod servatur, ac derogat iuri communi.*

94 *Statutum non derogat iuri communi, quoad libertatem legitimæ.*

95 *Eadem ratio conservationis agnationis, desumpta à rubrica* 145. *statuti Urbis, quæ excludit fęminas à successionibus intestatis, viget etiam in casu legitimę, defünctæ cum Testamento.*

96 *Casus non comprehensus in littera statuti, ex identitate rationis censetur comprehensus in spiritu eiusdem statuti.*

97 *Et quæ resultant ex mente statuti, dicuntur provenire ab eodem statuto.*

98 *Cap.* 145. *statuti Urbis disponens de successionibus intestatis habet locum etiam in hæreditatibus morientium cum Testamentis.*

99 *Nedùm ex identitate, sed ex maioritate rationis.*

100 *Ex eo quod rubrica* 145: *disponens de successionibus intestatis, excludit fœminas, etiam quandò adest Testamentum, non licet arguere rubricam* 141: *quæ expressè disponit dumtaxat de dote constituta* à *Patre, vel Avo, ac de illorum Testamentis, extendendam esse ad legitimam, debitam ex Testamento Matris.*

101 *Rubrica* 141: *Statuti Urbis excludit fæminas à legitima, & successione testamentaria Patris, & Avi.*

102 *Onus dotandi, primo loco spectat ad Patrem, secundo loco ad hæredem Patris.*

103 *Et post hæredem Patris, tertio loco spectat ad Avum.*

104 *Rubrica* 141: *Statuti Urbis est restricta ad successiones Patris, & Avi.*

Ru-

105 *Rubrica 141: Statuti Urbis excludit fœminas, non solùm intuitu masculorum, sed etiam propter dotes illis constitutas à Patre, & Avo.*

106 *Ideò præfatæ dotes induunt naturam legitimæ.*

107 *Et fœminæ faciunt numerum favore masculorum, & hic est alter ex effectibus dotis succedentis loco legitimæ.*

108 *Quando fœminæ in substantia aliquid participant de successionibus, faciunt numerum favore masculorum.*

109 *Mater tenetur dotare filias, deficientibus, vel inhabilibus, omnibus ex parte Patris.*

110 *Statutum correctorium juris communis non egreditur personas nominatas à statuentibus.*

111 *Res non comprehensæ à statuto correctorio juris communis remanent sub dispositione juris communis.*

112 *Non entis nullæ sunt qualitates, & non dantur sinè subiecto.*

113 *Fœminæ exhæredatæ tamquàm non existentes, non faciunt partem favore Masculorum.*

114 *Cap. 145. statuti Urbis, licet disponat de successione intestata, ex identitate, & ex maioritate rationis, comprehendit etiam legitimam detrahendam à successione testata.*

115 *Dummodò fœminæ exclusæ non consequantur ab hæreditate testata legatum titulo institutionis, & legitimæ.*

116 *Si fœminæ civilitèr non existunt, civilitèr numerari non possunt.*

117 *Ad effectum reintegrandi filias requiritur institutio in quota hæreditatis, vel in legitima.*

118 *Legatum dotis, sivè aliud legatum simpliciter relictum filiabus, censetur illis relictum non utì filiabus, sed utì extraneis.*

119 *Ac requiritur institutio* in causam legitimæ, *vel* prò legitima, *vel* in quota bonorum, & hæreditatis.

Sta-

120 *Statutum exclusivum ab intestato non extenditur ad casum conditi testamenti, quando fęminæ agnitę fuerunt titulo institutionis, etiam ratione legitimæ.*

121 *In calculatione legitimæ stante exclusione statutaria requiritur, filias esse civilitèr filias.*

122 *Exclusio fęminarum est restricta ad privationem à successionibus intestatis.*

123 *Id, quod Filius, & Filia percipiunt à Parentibus, non titulo institutionis, sed legati non percipiunt, utì filii ex dispositione Juris communis, sed utì extranei.*

124 *Statutum Urbis in cap.* 145. *inhabilitat filias à successionibus intestatis, & legitima, quia est pars successionis intestatæ.*

125 *Filiæ vigore dict. cap.*145. *reputantur mortuæ juri succedendi ab intestato, & per consequens in legitimæ, quod præbet impedimentum earum numerationi, ad augendam legitimam masculorum.*

126 *Fęminæ faciunt numerum, & partem favore masculorum, proùt illis magis expedit.*

127 *Hoc autem procedit, quandò de jure numerari possunt, nequaquàm verò sufficit, quod expediat Masculis.*

128 *Quando fęminæ totaliter non excluduntur à statutis, sunt capaces faciendi numerum.*

129 *Vel quandò statuta aliquid illis reservant.*

130 *Vel quandò reintegratæ fuerunt ad jura suitatis.*

131 *Vel si dotes succedunt loco legitimæ.*

132 *Conclusio numerationis fęminarum ad impinguandam legitimam masculorum in S. Rota, habuit exordium, & progressum in terminis dotis succedentis loco legitimæ.*

133 *Et est alter ex effectibus dotis succedentis loco legitimæ.*

134 *Vel quandò fęminæ habent potentiam succedendi, proùt evenit, quandò viventibus Parentibus receperunt dotem, vel aliquid aliud loco legitimæ.*

135 *Tunc enìm verificatur habere potentiam succedendi, quià lex*

lex fingit fęminas defunctis Parentibus succedere in eo, quod receperunt à Parentibus viventibus.

136 *Et si nihil receperunt in vita Parentum, habentur prò mortuis, & ex earum numero nihil accrescit fratribus.*

137 *Dotes fęminarum totalitèr exclusarum, quę reintegratę non fuerunt ad Jura suitatis, & quarum dotes non succedunt loco legitimę, detrahuntur tamquàm ęs alienum, vigore conditionis impositę à statuto, & antequàm masculi detrahant eorum legitimam.*

138 *Tunc non habet locum propositio, quod fœminæ numerari debeant, vel non proùt magis expedit masculis, quià deficit titulus, vel potentia succedendi.*

139 *In statutis, in quibus dotes succedunt loco legitimæ, & in aliis, quæ reservant dotes super hæreditate, à quà excludunt fęminas, juxtà veriorem sententiam, dotes fęminarum detrahi debent à legitima masculorum, ideoque illam diminuere possunt.*

140 *Tunc fęminæ exclusæ à statuto ob supradictam rationem faciunt, vel non faciunt numerum favore masculorum, prout illis magis expedit.*

141 *Quandò fęminæ percipiunt dotes titulo legitimę, illasque detrahunt à legitima, habent titulum succedendi, & faciunt numerum, proùt magìs expedit masculis.*

142 Di*cta conclusio, quod fęminæ faciunt numerum, proùt magìs expedit masculis, procedit quandò excluduntur à bonis dotantis tantùm, non autem quandò exclusio propter dotem comprehendit quæcumque alia bona.*

143 *Conclusionem quod fœminæ faciunt numerum, proùt magìs expedit masculis, procedere in supradictis, vel similibus casibus, resultat ex authoritatibus allegatis à bo: me: D. Severolo.*

144 *Referuntur authoritates loquentes in terminis dotis succeden-*

Pro-

158 *Propositio Belloni quod, si fœminę non connumerarentur, Parentes eximerentur ab obligatione relinquendi filiis illam majorem quantitatem legitimę, quam tenentur illis relinquere, inspecto numero filiorum, quodque augeretur eorum favore libertas disponendi de eorum bonis, verificatur tantummodò, quando masculi, & fœminę excedunt numerum quatuor.*

159 *Supradicta exemptio, & libertas Parentum proveniunt à dispositione statuti, & juris communis.*

160 *Si masculi fruuntur primario beneficio exclusionis fœminarum à successionibus intestatis, evitare nequeunt totum id, quod provenit ab ipsa exclusione, quandò agitur de hæreditate testata.*

161 *Si Testatores sentiunt aliquod commodum resultans ab exclusione statutaria, etiam masculi ab illa percipiunt commodum lucrandi integrum trientem.*

162 *Juxtà opinionem Peregrin. de fideicom. statutum satìs, immò plurimùm operatur excludendo fœminas à participatione legitimæ.*

163 *Juxtà opinionem d. Peregrin. de fideicom. sufficit in successione intestata, succedere solos masculos, & in successione testata, illos dumtaxat considerari in calculo legitimæ.*

164 *Judices moveri debent à rationibus deductis à casibus, qui effectivè contigerunt.*

165 *Unica ratio exclusionis fœminarum propter masculos, fuit conservatio agnationis.*

166 *Dicta ratio, in interpretatione statuti, habenda est utì præcipua, & finalis.*

167 *Doctores universæ Italiæ, ità interpretati fuerunt hujusmodi statuta.*

168 *Si Testatrix postbabitis filiis masculis, instituit extraneos, non habet locum exclusio demandata, tam in cap.* 141. *quam in cap.* 145., *& filiæ præteritæ allegare possunt nullitatem testamenti.*

169 *Idque procedit etiamsi masculi in aliquo instituti fuerint, quià statuta non emanarunt, ad effectum conservandi in agnatione partem, sed omnia bona.*

170 *Referuntur decisiones Sacræ Rotæ, quę firmant, ob institutionem fœminæ agnatæ, vel extraneæ, cessare rationem, & dispositionem cap.* 141. *statuti Vrbis, ac deberi supplementum legitimæ hęredi filię in bonis paternis contrà fœminam agnatam.*

171 *Refertur alia decisio Sac.Rot.quę loquitur de statut.in rub.* 145. *& firmat statuta intrare, quandò hęreditas defertur ad filios masculos agnatos, nequaquam verò si instituatur extraneus, licèt, unà cum extraneo instituto in majori parte, filius agnatus institutus fuerit in legitima.*

172 *Referuntur aliæ authoritates, quæ probant quod, si instituti fuerint extranei, vel fœminæ de agnatione, legitima detrahi debet ad tramites juris communis, computatis in numero filiorum, tam masculis, quam fœminis.*

173 *Tam in casu successionis intestatæ, aut cum testamento, favore masculorum, de agnatione, quam in aliis duobus testamenti conditi favore fœminarum de agnatione, aut extraneorum, nullum resultat præjudicium masculis ex eo, quod fœminæ non augeant illorum legitimam à triente ad semissem.*

174 *Statutum Vrbis excludit fœminas causativè propter masculos, & conditum fuit eorum favore, & primariò, ac principaliter, ad effectum conservandi agnationem, ideoque fingi debet fœminas habere partem in legitima ad commodum masculorum.*

175 *Favor statuti optimè adimpletur in impinguatione legitimæ masculorum, & non importat necessitatem illam augendi à triente ad semissem.*

176 *Ad effectum demonstrandi quod, seclusa numeratione fœminarum, statutum esset odiosum, probari debet prę-*

judi-

judicium masculorum.

177 *Masculos non consequi titulo legitimæ duas uncias hæreditatis, ultrà trientem, non est præjudicium, sed minor favor statuti.*

178 *Ab intestato non intrat quęstio mensuræ, & detractionis legitimæ.*

179 *Reiciendo fęminas à calculo legitimæ, masculi nihil amittunt de eo, quod pretendere possunt vigore statuti, ideoque cessat eorumdem damnum, & præiudicium. ac odiositas statuti.*

180 *Æqualis, ac magis ampla participatio beneficii statutarii importat necessitatem numerationis fœminarum, juxtà regulam, quod favores sunt ampliandi.*

181 *Solutio difficultatis pendet à voluntate statuentium.*

182 *Refertur dispositio rubricæ* 145.

183 *Ex dicta rubrica resultat statuentes, favore masculorum effecisse extraneas fœminas, etiam à calculo legitimæ.*

184 *Nequaquam verò quod eodem tempore voluerint, & noluerint earum exclusionem.*

185 *Idque suadet qualitas exclusionis, & ratio desumpta à diversitate dispositionis cap.* 141.

186 *Statuentes non disposuerunt fœminas considerari in successionibus, idcircò dicendum est non disposuisse illas considerari in successione legitimę.*

187 *Prò verificatione finis primarii statuentium, sufficit id, quod vigore utriusque capituli eiusdem statuti debetur masculis ex portionibus fœminarum, ad unum, vel plures, & quolibet modo ad eos pervenire.*

188 *Necessitas numerandi fœminas excluditur ex eo, quod illarum exclusio provenit ab eodem statuto.*

189 *Si masculi sentiunt id, quod est illis favorabile, tenentur sentire etiam id, quod est contrà illos, & necessariò descendit ab ipso statuto.*

190 *Idem dicendum attenta conservatione agnationis.*

191 *Seclusa numeratione fœminarum, masculi non subeunt*

damnum, sed experiuntur aliquod minus commodum, ideoque non habet locum monitum Severoli sed aliud Peregrin. de fideicomiss.

192 *Bo: me. Severol. laudatur.*

193 *Refertur sententia Severoli.*

194 *Opinio contraria illi, quam tuetur Severol. videtur verior, ac probabilior.*

195 *Iudex tenetur sequi sententiam probabiliorem, tam de iure, quam attenta lege S. M. Innocentii XI.*

196 *Severol. non assumpsit examen omnium difficultatum.*

197 *Attendi debet iuxta terminos authoritatum, quas allegat.*

198 *In casu, in quo prodiit votum Severol., filiç institutç fuerunt à Testatore.*

199 *Conclusio stabilita in dicto voto num. 14. adversatur pluribus motivis, & opinionibus Rotç Florentinç.*

200 *Rota Florentina, illius Iudices, ac Regii Etbrurię Principes laudantur.*

201 *Opinio Severol. communiter recepta non fuit.*

202 *Bo. me. Constantin. ad statut. Urbis laudatur.*

203 *Afferuntur ~~Doctores, & Decisio~~ S. Rotæ, ex quibus resultat, in quo sensu accipi debeat Severol.*

204 *Impugnatur propositio, quam firmat Severol. num. 14. nempè Doctores, & suprema tribunalia, in iudicando, fere perpetuò, & magis communiter approbavisse, utì veriorem, & magis consonam dispositioni iuris sententiam, quam ipse propugnat in dicto num. 14.*

205 *Referuntur, & expenduntur 75. authoritates, allegatæ à Seuerol. in dicto num. 14., inter quas adest authoritas Belloni, qui profert sententiam suam, tàm in casu successionis Patris. quàm in alio successionis Matris, ac in utroque admittit se sentire contra communem.*

206 *Refertur, & ponderatur decisio S. Rotæ allegata à Severol. in num. 14.*

207 *Usque ad annum 1632. S. Rota non adhibuit distin-*
ctio-

ctionem inter cap. 141., *&* *cap.* 145. *statuti Urbis, illamque adhibuit post præfatum annum* 1632.

208 *Ideò decisiones ęditæ usque ad annum* 1632. *sunt inapplicabiles*.

209 *Referuntur, & ponderantur aliæ* 22. *decisiones S. Rotæ allegat. à Severol. in num.* 14.

210 *Referuntur, & ponderantur* 7. *aliæ decisiones S. Rotæ.*

211 *Colliguntur ex supradictis authoritatibus illę, quæ ex professo, & perpensis rationibus, vel saltèm obiter tractant articulum, de quo est quæstio, & firmant contrariam sententiam*.

212 *Colliguntur illę, quæ loquuntur de materia diversa.*

213 *Colliguntur illæ, quæ loquuntur in terminis, in quibus fœminæ reintegrantur ad jura suitatis*.

214 *Colliguntur illæ, quæ loquuntur extra terminos, in quibus cadit supra proposita disputatio, & quoad illam nihil pręcisè determinant*.

215 *Colliguntur illę, quę non tractant præcisum articulum supra propositum, & firmant simpliciter portiones fœminarum exclusarum, applicandas esse masculis*.

216 *Colliguntur illæ, quæ, ubi allegantur, aut nihil firmant, aut referunt opiniones Doctorum, vel resolutiones Tribunalium, aut loquuntur relativè ad dictas opiniones, ac judicata*.

217 *Colliguntur illæ, quæ expresſè loquuntur, vel intelligi debent in terminis, in quibus dotes fœminarum succedunt loco legitimæ*.

218 *Colliguntur illæ, quæ obiter, vel supponunt, vel firmant fœminas augere legitimam ex triente ad semissem, vel aliam ex conclusionibus, quæ cadunt in hac controversia, sed non deveniunt ad positivam discussionem articuli suprà propositi*.

219 *Colliguntur illæ, quæ asserunt fœminas facere partem, seù numerum, & partem, quandò est utile masculis*,

lis, vel quia excluduntur illorum commodo.

220 Colliguntur illæ, quæ loquuntur in terminis, in quibus fœminę ex aliqua causa excluduntur, non tamen totaliter, ut in cap. 145. statuti Urbis.

221 Colliguntur illę, quæ non loquuntur de numeratione fœminarum, ad effectum augendi legitimam, à triente ad semissem, sed de applicatione portionum feminarum in terminis, in quibus integra legitima stabilita fuit in triente.

222 Colliguntur illæ, quę in locis, in quibus allegantur à Severol. sub iisdem, vel sub diversis numeris, firmant propositiones implicitè, vel expresè contrarias numerationi fęminarum, pro augumento legitimæ.

223 Colliguntur illæ, quę loquuntur in terminis statutorum, quæ excludunt simpliciter, & non considerant, an fęminæ fuerint dotatæ, sed jubent illas exclusas dotari, & firmant habendas esse pro mortuis, & non augere numerum liberorum.

224 Deferre ~~authoritatibus, non~~ libratis rationibus, non est scire, sed credere.

225 Quamplurimæ ex authoritatibus allegatis per Severol. ob diversas facti species, vel diversa statuta, vel diversas consuetudines, vel diversos articulos, sunt inapplicabiles in casu, de quo agitur.

226 Filius masculus conservat, & procreando filios, suam propagat agnationem.

227 Authoritates attendi non debent, quando illis adversantur rationes.

228 Quæcumque humana authoritas tanti facienda est, quantum valet ratio:

229 Authoritates, potissimè attendi non debent, quandò prò contraria sententia, ultra rationes, adsunt etiam authoritates.

230 Sacra Rota anno 1617. amplexa fuit opinionem, quam sequuta fuit anno 1700. Sen-